[Bl. 8^{v} II, 61^{r} I] Secunda pars principalis huius[3]) est de regimine preseruatiuo talium morborum et habet duo capitula; primum est de regimine preseruatiuo in sex rebus non naturalibus cum[4]) suis annexis, secundum est de rebus medicinalibus preseruatiuis ab illis morbis ....

[Bl. 19^{r} II; 68^{v} I]: Tercia pars principalis huius tractatus est de cura[5]) morborum pestilencialium magis periculosorum et habet duo capitula. Primum est de apostematibus[6]) venenosis simul cum febribus pestiferis[7]) existentibus, secundum est de febribus pestilencialibus sine apostematibus[6]) et ⟨et est de causa vermium tunc apparencium in talibus febribus et II⟩ de quibusdam sinthomatibus magis periculosis[8]) ⟨et magis apparentibus que sunt quatuor: tremor cordis, sincopis, morbillus et aparicio vermium I⟩.

Der Schluß des Ganzen lautet:

... sed in febricitantibus non ponantur tot calida sed satis de ordeo et de seminibus frigidis cum semine citri uel ab extra emplastretur insuper[9]) cum felle tauri[10]) cum[11]) pul. aloes[12]) et colloquintida uel absintheum torrefactum super patellam minutim incisum et[13]) cum aceto aspersum. Et potest hoc fieri in febriente quod[14]) postea applicetur supra stomachum, vel illud ℞ succi vermicularis[15]) quartum j et semis, ⟨succi foliorum persici, absinthij ana quartum semis, aceti ℥ j I⟩ farine ordei quantum sufficit ⟨misceantur omnia et fiat emplastrum liquidum et I⟩ ponatur supra stomachum et eciam in febre potest addi[16]) zuccara rosata, cui admisceatur rasura cornu cerui combusti et farina lupinorum et seminis citri cum puluere radicis tormentille et herbe tuniti[17]) et rasura cornu vnicornu. Huic tractatui finem u. s. w. (s. oben).

Aus dem 1. Kapitel sei noch einiges mitgeteilt zur näheren Kennzeichnung des Autors:

Antiqui siquidem medici in causis talium morborum diminute et superficialiter transierunt quantumcunque[18]) fieri potuit uel quia rarius et tardius nobis illos uiderint, uel quia causas

---

1) in parte tercia I. 2) sunt I. 3) „huius" fehlt I. 4) et in II.
5) causa II. 6) de apantibus II. 7) simul pestiferis II.
8) et de quibusdam periculosis sinthomatibus illarum febrium.
9) ab extra et emplastrentur desuper II. 10) filtrum I. 11) et II.
12) aloen II. 13) uel II. 14) et II. 15) vermiculorum I.
16) dari II. 17) herbo tunicij II. 18) quod vtique II.

ipsorum[1]) uel modum accionis ⟨causarum I⟩ ignorarunt. Quia ⟨igitur I⟩ morbus[2]) est incognitus suis non cognitis[3]) causis uel modis accionis eorum. Morbus uero non cognitus a medico non curatur, ideo antiqui morbos pestilenciales[4]) non plene curarunt, quia causas eorum uel modum illorum ignorarunt nisi in genere et sub quadam confusione in generali. ¶ Pestilencie itaque causa dicitur esse triplex . . . . ¶ Prime itaque et magne mortalitatis nostri temporis causa fuit coniunctio trium superiorum planetarum, saturni, jouis et martis, quorum coniunctio maior processerat de anno domini 1345 de mense Marcij in 19 gradu aquarij, que coniunctio significauit res admirabiles fortes et terribiles et mutaciones regnorum . . . . . quam primo post talem coniuncionem subsecuta fuit magna mortalitas de anno domini 1348 pontificatu domini Clementis pape . . . . . inpressio alia mala remansit in aere prime addens uel continuans ipsam. Deinde tercia ab anno 1373^{0} de tempore domini Gregorij xj anno tercio de mense nouembris supervenit alia mortalitas, que impressionem malam per priores affectam continuauit ex virtute prime coniunccionis magne et ex coniunccione minori mala iouis et martis in signo tauri de mense marcij de anno domini 1372^{0}. ⟨Ultimo uero et quarto II⟩ de tempore domini Clementis septimi anno quarto subsecuta est mortalitas nunc de anno presenti 1382^{0} et de tempore domini Clementis 7^{i} anno quarto, que principium accepit in Auinione notabiliter de mense augusti tam vniuersalis et que tantum invaluit et vniversaliter in vna anno 'afflixisse videtur orientales partes, occidentales et septentrionales ac per plurima climata mundi suam pestiferam seu pestem mortiferam exercuerit simul. Nam fuit eodem anno et est adhuc in tota Syria, Grecia, in Ytalia, in Alemania, in Anglia, in Scotia, in Francia, in Yspania et Nauerra, quamuis plus in vna regione quam in alia et in vno loco quam in alio secundum exigenciam agencium et secundum disposicionem . . . . vnius magne comete, que apparuit de anno . . lapso 1381 de mense nouembris fere per totum mensem . . .

Im 2. Kapitel des 2. Teils heißt es vom Aderlaß:

In flebotomia autem sola ars sine eleccione nature, que in tam breui tempore eligere nequit, imo stupida et inconsueta emittit totum bonum simul cum maligno, ymmo plus bonum quam malignum. Vbi namque sunt multi et mali humores, flebotomia bonum extrahit ut in capitulo secundo de flebotomia. Etiam flebotomia in uia preseruatiua in tali tempore non fit, nec consulitur per plures doctores, nec ut tollatur humorum calidorum ebullicio, que tali tempore in humoribus causatur, sed illa talis ebullicio per flebotomiam non tollitur ideo magis augmentatur; probatur quia minus resistit siccum igni quam humidum, imo promptius siccum ignitur quam humidum, ut patet in lignis siccis et humidis . . . .

[1]) illorum II. [2]) motus II. [3]) incognitis II. [4]) pestiferos II.

258. **Aliqua breuia dubia circa materiam de Epidemia in Montepessulano conscripta.**

Im Lübecker ***Cod. medicus in quarto Nr. 10*** aus dem Anfange des 15. Jahrhunderts findet man auf Bl. 189^{v}—191^{r} hinter einem Auszug der Theriakschrift Bernhards von Gordon folgendes kleine Peststück sauber geschrieben:

Çirca materiam de epydimia possunt mouerj aliqua dubia, primo quomodo superiora, que sunt conseruatiua inferiorum, sunt causa mortis et corrupcionis ipsorum, ut quando dicitur. ¶ Secundum dubium, quomodo potest fieri epidimia ex aeris putrefaccione, cum aer non potest putrefieri, cum sit simplex corpus et putredo sit passio multi, et hoc asserit Aristotiles prima particula probleumatum istius probleumatis, propter quod aqua et terra putrescunt, ignis et aer autem non. Respondendum quia omne calidissimum est ineptum putreficationi, quia oportet ipsum infrigidarj prius uel aut calidius igne, aer autem igne semper est plenus. ¶ Tercium dubium propter quod epydimia accidit magis in fine estatis et tempore autumpni quam aliis temporibus, cum aer tunc dicatur calidus et siccus et tunc sit minus putrescibilis quam alio tempore. ¶ Quartum dubium est quod alique aues consuetae stare in montibus et uolare in altum veniunt ad planiciem et prope terram volant; et aliquando est e conuerso quod alique aues consuete stare in planicie veniunt ad montes et ibi habitant et idem eciam faciunt aliqui serpentes. ¶ Quintum dubium, que corpora facilius leduntur ab epidimia, an corpora pororum latorum aut non latorum, an calida aut frigida. ¶ Sextum dubium, quare, aliqua corpora pereunt in epidimia et aliqua non, cum causa epidimie sit vniuersalis omnibus. ¶ Septimum dubium, quare juuenes fortes et robusti moriuntur, vetule autem non que tamen sunt debiles. ¶ Octauum dubium, quare vno mortuo de vna familia alij de eadem familia moriuntur eciam et nullus de vicinis morietur. ¶ Nonum dubium, quare moniales cum simul multe conueniunt in anhelitu minus leduntur epidimia aliis.

¶ Respondetur primo ad primum quod superiora semper scilicet per se indicant conseruacionem inferiorem, sed de per accidens aliquando sunt causa corrupcionis et mortis eorum, nam ordinata in uarijs diuersisque motibus propterea contingit se inuicem coniungi et ex coniunccione tali alterant se invicem. ¶ Ad secundum dico quod simplex non putrefit sed mixtum cum vaporibus terrestribus bene putrefit, sed quia ignis mixtionem aliorum non patitur non putrefit, sed bene cetera elementa. Et ideo Aristotiles primo metheororum dicit, omnia elementa putre-[Bl. 190^{r}] fiunt excepto igne. Aer autem quj nos circumdat non est pure simplex. Aristotiles eciam probleumate allegato loquebatur de aere puro. ¶ Ad tertium dicitur quod

multiplex potest reddi causa, quia tunc aer est subtiliatus ualde a caliditate precedente et ideo redditur aptus in se recipere impressionem et idem est de vaporibus et fumis secum admixtis, racione quorum putrefit. ¶ Secunda causa quia caliditas precedens, que exiccando putrefaccionem prohibeat, mutatur in fine estatis et autumpni. ¶ Tercia causa quia tunc temporis multiplicantur multi venti, qui secum malos vapores deportare possunt ab aliunde, quj postmodum manentes circa nos sunt causa corruptionis aeris. ¶ Quarta causa quia corpora sunt tunc debiliora in virtutibus naturalibus vnde tunc multiplicantur praui humores superflui plus quam in alijs temporibus. ¶ Quinta causa, quia tunc est vsus fructuum in maiori quantitate, qui faciunt ad disposicionem pacientis, et omnes iste tunc ad putrefaccionem faciunt. ¶ Ad quartum dubium quod quando disposiciones veniunt et celo prius faciunt putrescere aerem quam terram, et tunc aues fugientes putredinem consuete habitare in monte fugiunt ad vallem et prope terram volant que alte volare consueuerunt. Sed quando faciunt prius putrescere aquam et terram quam aerem, tunc econtra aues et serpentes consuete habitare in planicie fugientes putrefaccionem fugiunt ad montes et ibi habitant et volant in alto, quanto maius possunt. Et aliquando videmus quod aves aliquando prius fugiunt montes et vadunt ad planiciem et post lapsum temporis reuertuntur ad montes. Causa est, quia aliquando putredo primo in aere actenditur et post lapsum temporis in visceribus terre et comuniter putredo sit prius in aere quam in terra, quia aer est passum subtiliorem subire et facilius alteratur quam terra, quia res ceteris paribus quanto subtilior tanto citius et magis alteratur. Et ideo epidimia incipit in aere subtiliori quam in grossiori. ¶ Pro euidentia quinti et sexti et septimi dubiorum sciendum quod corporum nostrorum quedam poros latos habent ut corpora calida et hu⟨mida⟩, quedam habent poros naturaliter strictos ut corpora frigida et sicca. ¶ Item corporum habencium poros naturaliter latos quam eciam habencium strictos naturaliter quedam habent opilaciones reddentes „strictos" eos et quedam non habent opilaciones aliquas, per quas pori stricti reddantur. Et iuxta hec pono complexiones responsiuas [?]. ¶ Prima conclusio corpora habencia poros strictos naturaliter et non opilatos minus leduntur in aere pestilenciali ceteris partibus. Causa est, quia modicum de aere penetrat per poros ad interiora et eciam modicum attrahitur per anhelitum propter remissam caliditatem cordis ac eciam illud quod attrahitur modico tempore retinetur ac eciam qui habent qualitates complexionales putredinem prohibentes scil. frigiditatem et siccitatem. ¶ Secunda conclusio corpora habencia poros latos naturaliter et strictos propter [Bl. 190v] opilaciones ceteris magis leduntur in aere pestilenciali; causa est quia cum calor cordis sit intensiuus, pro sui euentacione attrahitur multum et quia opilaciones sunt illud quod attrahitur, diu

retinetur et sic magis in eis fit repressio ac eciam fumi non bene expurgantur ac eciam racione complexionis stat prohibita exspiracio, que est causa putredinis. ¶ Tercia conclusio corpora habencia poros strictos naturaliter et opilatos minus leduntur quam corpora dicta in secunda conclusione, sed plus leduntur ceteris aliis dictis in prima et dicendum est in quarta conclusionibus prima pars patet ex racionibus secunde conplexionis, sed secunda pars patet et racionibus secunde prime complexionis et quarte. ¶ Quarta complexio corpora habencia poros latos naturaliter et non opilatos plus leduntur quam corpora dicta in prima conclusione, minus tamen quam dicta in secunda et tercia conclusionibus; prima pars patet ex racionibus prime conclusionis, secunda pars patet ex racionibus secunde complexionis, tercia pars probatur, nam corpora de tercia conclusione habent opilaciones propter quas stat prolitica [?] transpiracio et interceptio a calore medij, ergo corrupcio et talis est epydimialis, ergo epidimiam de facili incurrunt. ¶ Secunda racio nam corpora ista quarte conclusionis sunt forcium virtutum, ergo de facili epidimiam incurrunt. ¶ Tercia racio in corporibus tercie conclusionis, aer attractus diu retinetur et virtus resistens est debilis, ergo quamuis aer sit paucus, epidimiam causabit in eo et iste raciones sufficiant. ¶ Ex istis corrolarie responsum est ad septimum dubium, quod corpora ca⟨lida⟩ et hu⟨mida⟩ habencia poros latos et opilatos sunt que plus leduntur, post sunt corpora habencia poros strictos naturaliter et eciam opilatos post illos sunt habencia poros naturaliter latos et non opilatos, post illa sunt habencia poros strictos naturaliter et eciam non opilatos. ¶ Ad sextum dubium dicendum, quod est ex diuersitate passorum propter complexionem et composicionem naturalem et eciam propter disposiciones accidentales in eis repertas. ¶ Ad septimum dubium quod causa est quia erit aliquando vetula sine opilacione cum suis poris naturaliter strictis. ¶ Ad octauum dicitur quod causa potest esse, quia domestici domus sepe originem trahunt ab uno patre et sic sunt eiusdem conplexionis et compositionis, et sic si vnus est dispositus ledi lepra, pestilencia, sic et alij eciam, quia vtuntur eodem regimine debent habere similes humores et opilaciones eciam communicant in anhelitibus et aere vno partiri, ita quod si vnus sit infectus aere sicut et idem aer jnficiet alios et quia racione partitis [?] aspectus loci non potuit domus edificarj sub tali ascendente, quod in vna epidimia erit magis infectus aer in ea quam in alia domo, et ideo cum vnus moritur in vna domo, debent se statim absentare alij preuidendo sibi de regimine predicto superius. ¶ Ad nonum dubium quod hic euenit, quia conuersantur in aere cooperto et rectificato magis quam alij nec se exercent in aere discooperto; cum tamen aliqua ex eis inficitur, alij pro maiori parte inficiuntur propter causas dictas in octauo dubio. ¶ Ad decimum dubium, quod causa est quia

humores mali descendunt ad partes extremales, vbi cutes causantur, ideo non reperiuntur [Bl. 191r] in eis sicut in alijs quare talia corpora non sunt disposita infici, sed alia. ¶ Alia possunt moueri multa dubia, sed quia eis patent responsiones clare ex hijs que dicta sunt, ideo omittenda sunt et sic est finis huius. Laus deo, qui nos ab hijs quibus predicta materia subiacet dignetur preseruace et defendere.

Expliciunt aliqua breuia dubia circa materiam de epidimia in Montepessulano conscripta.

Das kleine Peststück zeigt einmal deutlich, wie damals „neue“ Ausarbeitungen entstanden und wie für den Lehr- und Disputationsbetrieb brauchbare Stücke aus größeren Werken herausgeschnitten wurden und selbständig in Kurs kamen. Es handelt sich im Vorstehenden nämlich im wesentlichen um eine Abschrift des „Capitulum tertium de dubiis“ im „Tractatus de peste compositus per magistrum Petrum de Tussignano“ von 1398 (vgl. dies Archiv Bd. V, S. 390ff.).

259. **Eine akademische Rede über die Pest aus Montpellier um 1400.**

In dem Quartkodex ***med. 10*** der Lübecker Stadtbibliothek findet sich auf Bl. 234r—237v eine akademische Rede über die Pest, die freilich nicht viel mehr als die Stilübung eines Anfängers darstellt, die aber ob ihres Ursprungs in Montpellier willen hier ihren Platz finden mag. Verfasser ist vermutlich der Besitzer der Handschrift, ein Lübecker Arzt, der in Montpellier und Prag[1]) studiert hat. Es war Heinrich Lamme, über den E. Wickersheimer 1910 im Bulletin d. la Soc. franc. d'histoire de la médicine (1910), S. 245ff. schon Mitteilung gemacht hat.[2]) Er berichtet dort auch von einer Notiz im Lübecker Cod. med. Fol. 3, Bl. 97v des Hinricus Lamme, „magister in artibus et in medicina licentiatus“, am nächsten Tage (cras) „faciet collacionem de epydimia seu pestilencia, et hoc quo ad regimen curatiuum et praeservativum pro conservacione speciei humane et individui ejusdem valiturus in ecclesia Sancti Johannis in arena“. Damit könnte wohl das folgende Schriftstück gemeint sein.[3])

---

[1]) Aus seiner Prager Zeit stammt wohl die dort gehaltene Akademische Rede, die ich im XIV. Archivbande, S. 157 mitgeteilt habe.

[2]) Wickersheimer und ich haben weiland die Lübecker medizinische Handschrift in meinem Institut zusammen katalogisiert und durchgearbeitet. Wickersheimer hat a. a. O., S. 247—251, Lammes Baccalariats-Rede ebendaher publiziert.

[3]) Ein anderes, ebendaher, werden wir beim Pariser Pesttraktat kennen lernen.

[Bl. 234^{r}]

In nomine domini amen. Reuerendissimi patres magistri ut domini. Ego licet indignus magistrorum meorum minimus, diuino tamen assistenti auxilio scriptum quoddam de epydimia siue pestilencia ex dictis diuersorum magistrorum meorum tam Montipessulanorum quam Parisiensium et Ytalicorum per me studiose recollectum pro conseruacione speciei humane et indiuidui eiusdem valiturum. Et hoc quanto clarius et lucidius tam de signis quam de causis et curis in qua cadit preseruacio proposse salua correctione breuis reuerencijs cupio commentare.

¶ Ad sciendum igitur (quantum ad prinum) causam generacionis pestilencie et signorum et cure et preseruacionis eius aliqua presuppono, que certissima sunt principia medicine, corpora humana esse triplicia, scilicet sana, egra et neutra, vt patet prima tegni. ¶ Sanum dicitur tribus modis vt simpliciter sanum, quod nunquam egrotat a prima sui constitucione usque ad vltimum eius terminum, de quo fuerunt quondam homines in prima et secunda etate mundi, qui nunquam fuerunt infirmi, quod tangit tali in commentario tercij tegni, de quo dicitur: optima natura tantum appetit, quantum digerere possit [Bl. 234^{r}]. ¶ Sanum ut semper quod in plurimum dierum vite sue est sanum sicud antiquitus plures inueniebantur modo pauci cuius causam credo esse ex prima generacione suorum et complexione et composicione. ¶ Sanum autem ut nunc est corpus quod pro presenti tempore sanum videtur et est, sed occasione adueniente cito infirmatur, quod dici tunc potest egrum et neutrum videlicet diuersis modis. hoc corpus si debite regitur sex rebus non naturalibus erit sanum ut in plurimum. Si autem fit negliencia in eis ex qualitate et quantitate, ex ordine incerto mutatur ex eis corpus, jnter quas sex res non naturales maximum quod corpus alterat⟨um⟩ est ipse aer, quo non possumus carere ad paucissimum propter spirituum vegetacionem et corporis viuificacionem. post aerem est potus seu aqua que est sibi vehiculum ad singulas partes corporis. tercium est cibus seu alimentum grossum, quod fit ex animalibus terre nascentibus ut plante seu herbe et de hiis que in aquis degunt.

¶ Licet igitur hiis tribus dicitur pestilencia causari scilicet propter corrupcionem aeris, aque et alimentorum, tamen principaliter dicitur de Epydimia que fit propter aerem que ut plurimum hic contingit. Alteratur autem aer tripliciter [Bl. 235^{r}] uel propter eius qualitatem uel propter eius substanciam corruptam uel propter vtrumque, de quibus Ypocras satis determinauerat tercio amphorismorum, per totum epydimiarum et in principio pronosticorum vbi, dicit: est eciam quoddam celeste, in quo oportet ipsum medicum preuidere, cuius si talis est preuisio, admirabilis est nimiumque stupenda. Et pro exemplo introducam vnum canonem ex epydimia: fuit in ciuitate quadam

nomine charnem[1]) exhuberauit pluuia in estate et fuit illa estas estuosa et calidissima valde cum pluuia magna per totam estatem et superuenit postea hominibus incendium magnum, jta quod videbatur eis, quod essent ab igne adusti, et in principio pruritum magnum, jta quod scalpebant se tam fortiter, quod excoriabantur per totum et multis hominibus ceciderunt crura, coxe, musculi et ossa in magna quantitate et fuit tota illa estas absque vento ex siccacione, ymmo dicit manifeste, quod toto illo tempore non mouebatur aer. Ecce quam horrenda pestilencia que nunquam fuit postea ita audita nec forte ante. Et tamen per Ypocratem dicitur solum facta propter distemperanciam estatis vltra caliditatem illam, quam illa estas requirebat [Bl. 235^{v}] et magnam humiditatem, que non deberet esse estate, quare merito ex illa mutacione fuit tanta infeccio in corporibus preparatis, in alliis non, vnde Ypocras tercio amphorismorum: mutaciones temporum maxime generant morbos et in temporibus magne mutaciones caliditatis et frigiditatis et alias secundum racionem fit et post purum subdit, quando ipse temporaliter se reddiderint boni status et bone deteriacionis egritudines fiunt suffic⟨ientes⟩, ergo de estate et autumpno dicere, que si communes aut in suis simbolis et qualitatibus dicimus eas sanas. Si in aliqua discrepant quanto diucius hoc durat tanto magis corpora in ea degencia passionibus preparantur. Talia autem corpora dico que apta sunt suscipere eius peregrinas impressiones, corpora scilicet repleta quali uel quanto quod dicimus repleciones secundum virtutem uel secundum plenitudinem cum in quolibet corpore sunt tres digestiones, prima in stomaco, secunda que in venis, tercia que in membris, secundum quam partem tunc magis replent huiusmodi superfluitate, propter defectum proprium uel acquisitum post accidentaliter locatur materia egritudinis varijs partibus corporis uel in capite uel in corde uel in epate, vnde cum egritudo pestilencialis fit in corpore in talibus membris, quibus se primo ostendit [Bl. 236^{r}], vbi materia eius plus locata fuerit. Sic cum fuerit in cerebro fiunt eis paretides [statt „parotides"] et squinancie, cum in corde fiunt eis bubones sub ascellis, cum in venis uel in epate fiunt eis in ingwinibus apostemata. ¶ ⟨Quare [?] quod pestilencia causatur ex mutacione aeris et eius putrefaccione patet ex differencia eius⟩[2]) quinta theorice pantegni, vbi sic describitur, pestilencia est mutacio aeris in corrupcionem et putrefaccionem propter egressionem a temperato in eius substancia et qualitate. ¶ Secundum vero Auicennam pestilencia est putrefaccio que accidit aeri similis putrefaccioni aque remollicionis fetide. Ex istis diffinicionibus videtur quod non fiet pestilencia quando aer fiat fetidus, ut eciam adtestatur Auicenna. ¶ Eius quandoque causa sit supra-

[1]) Kranon?

[2]) Am oberen Rande vom Schreiber selbst beigesetzt.

celestis, puta eclipsis solis uel lune uel aliquis alter aspectus planetarum maliuolorum, puta saturni uel martis, quorum aspectus fuerit oppositus. ¶ Pestilencia autem que fit ex mala aqua hic [?] sicud ex aqua fetente. Si quis enim diu apud eam inmoratur uel ea vsus fuerit, cum cito putrefaccionem aquirit, swadeo eam fugere. ¶ Pestilencia autem que fit ex malis cibis, puta que sequitur karistiam, tot facit varios morbos in corpore quot modis ipsa corpora ad hoc sunt apta ad recipienda. Et tantum sit dictum de causis, nunc restat dicere de signis pestilencie que quedam sumuntur ab ipso aeri inficiente [Bl. 236^v u. 237^r unbeschrieben; Bd. 237^r].

Numquid [?] ipsa sciencia medicinalis existit requiem danda, ut wlt Cassiodorus libro sexto variarum epistolarum: dicit inter vtili⟨ssi⟩mas artes quas ad sustentandum humane fragilitatis indigencia diurna tribuerunt, nulla prestare videtur aliquod similia quam potest auxiliaris medicina conferre. Ipsa enim in morbo periclitantibus materna gracia semper asistit, ipsa contra dolores pro nostra inbellicitate confligit et ibi nos nititur defendere, vbi nulle diuicie nulla dignitas potest subuenire. Huic alludit dominus sapientis ecclesiastici 36^0 capitulo dicentis: honora medicum propter nostram [?] necessitatem et enim creauit, eum altissimus.

Daß vor dem Schlusse eine Lücke klafft, ist unverkennbar.

260. **Ein therapeutischer Pesttraktat von Magister Michael Boeti in Montpellier** (ca. 1400—1420).

In dem Münzmeister-Kodex ***Nr. 1162*** der Leipziger Univ.-Bibliothek trifft man auf Bl. 355^r—360^v auf einen fast rein therapeutisch eingestellten Pesttraktat eines Mag. artium et medicine aus Montpellier, der sich Michael Boeti nennt und vielleicht mit Michael Boel identifiziert werden darf, den Pansier (Janus X, S. 114, Nr. 258) 1421 als Testator nachzuweisen vermochte; also zu Anfang des 15. Jahrhunderts wäre auch dieses Schriftstück verfaßt.

⟨A⟩d preces quorundam amicorum meorum ego Michael Boeti, magister arcium et medicine Monte Pessulano et propter dei seruicium et commune bonum ea friuola que in hac materia expertus sum et sencio, scribere disposui et maxime per modum figuracionis, ut vulgares melius intelligere possint, et si sint aliqui hac materia qui plura alia experta probarunt, scribant et recto non detrahant. Et ista sint in laudem omnipotentis et in conseruacionem corporum et in benediccionem per infinita secula seculorum.

Cap. primum de modo preseruandi a pestilencia.

Regimen pestilencie diuiditur in duo, scilicet preseruativum et curativum. Curativum in fine ponetur, quando particular⟨iter⟩

tractabitur de qualibet specie pestilencie; regimen preseruatiuum diuiditur in duo, primum in administracione sex rerum non naturalium, secundum in administracione medicinalium. Primum attenditur primo circa aerem. Si pestilencia sit in tempore callido ut in estate, quod eligatur aer purus uel locus qui non multum est altus uel bassus non vallosus nec iuxta aquas putrefactas, nec iuxta stanna nec iuxta loca infectionum [?] et latrinas, nec vbi stramina nec fecalia sint, nec vbi multa corpora humana nec animalia sint mortua et male sepulta uel cooperta, ideo antiquitus comburebantur corpora mortua. Et melius est se mutare uel habitare in locis vbi fuit mortalitas quam in loco vbi incipit. nam vltimum et melius remedium est mutare aerem et ire ad aerem non corruptum et sit tendens ad siccitatem et frigiditatem temperatam et si ille aer naturalis reperiri non possit, fiat artificialiter primo irrorando cubile aceto ac aqua rosarum et manacione aque currentis. Nam si sit parua quantitas aque magis calefierent, alij fiant conductus aque per domum uel fiant cantaplore, quod est instrumentum de alto proiciens aquam, uel struantur domus cum salicibus, arundinibus, folijs vitium nenufaris, rose, mal⟨ue⟩ et similibus, et ista colligantur quando sol est supra post ponantur in quodam pensione frigido, postmodum mane ponantur in aula uel cubile. Si sit tempus nebulosum, fiat ignis, ut exeat domum, donec prume recesserint. Communiter non exeat casam ante ortum solis nec post ocasum nec apperiantur fenestre, sed domus et fenestre sint clause cum tela uitreata uel sint vitreate. Odoret spongiam uel pannum aceto madefactam uel camffora, bolo armeno, cortice citri, que omnia ista misceantur aceto uel aqua rose; spongia uel pannus madefiat et odoret et secum semper portet odorando et plura alia que apparent discretum medici et hoc tempore calido. Tempore algido, tempore nebula habeatur domus cuius fenestra sit clausa vitro uel tela vitreate, nec exeat casam ante ortum uel occasum solis. Fiat igitur in camera de bonis lignis siccis ut puta vitibus, juniperis, cipresso, lauro, xiloaloes, ligno laurino, roremarino, pineo, ligno amigdalarum, auellanarum, maxime lignis aromaticis. Item aromatizetur uel fumetur cubile istis ponendo super prunas bis uel ter qualibet vice ℈ j. ℞ ligni aloes, ambre, musci fini ana ʒ j, thuris, masticis costi dulcis, interioris cinamomi, amigdalarum amararum, squinanti ana ℥ semis, foliorum lauri, origani, calamenti, isopi, pulegii utriusque saluie, samsuci utriusque sticados ana ʒ iij, nucis cipressi, sauine, radicis yreos, radicis acori, gallie muscate, asari ana ʒ j semis, croci ʒ ij, laudani ℥ semis, terbentine q. s. fiant trocisci, quorum quilibet ponderet ʒ ij. Iste tempore potest odorare pomum ambre nec tempore calido, quoniam si sit fe. aliter est prouidendum et tantum de aere.

Cap. secundum de prima re non naturali scil. cibo et potu.

De prima renon naturali que est cibus et potus [Bl. 355^{v}] vtatur primo cibo bene cocto et pane recenti non ex toto de tozella nec fermente, sed sit aliqua pars ordei et cum magna porcione cantabri et non sit bladum putrefactum nec caneyratum nec sit collectum tempore pestilenciali et pane azimo, et multum spissent, habeat opilare, ut aer non possit ita cito penetrari. Aues . . . omnibus vtatur aceto . . . potagia sunt lac acetose, cucurbita, acetosa, scabiosa . . . anno preterito ante quartum diem marcij, nam omnes herbe et alia in aere exposita sunt corrupta . . . collectis anno preterito, quo non fuit pestis, . . . fructus non vtantur . . . vtantur semper vino limphati cum tercia parte aque . . .

Somnus . . .

[Bl. 356^{r}] Motus quies . . .

Replecio, jnanicio . . .

Accidencia anime . . .

¶ De prima specie pestilenciali scil. subet, qui est somnus profundus, ymo quasi moriendo moriuntur et fit hoc tempore debent vno modo propter magnam inanicionem, ut fit post ventris fluxum pestilencialem uel post fe⟨brem⟩ continuam uel post opilacionem uentriculorum cerebri maxime in anteriori parte cerebrj et hoc propter dissolutionem et euacuacionem ab aere corrupto, maxime si materia fuerit multum corrupte quia apparebit per contactum multociens et colorem quia cor. apparet al⟨bum⟩, exhibetur hoc clistere ℞ utriusque rute . . . si autem non curetur istis fiat dictis herbis . . . Si non potest suscitari fiat tale sternutorium pluma injectum in nares ℞ piretri ʒ iij . . . forcius illo . . . ℞ euforbii, piretri . . .

Secunda species frenesis pestis.

Alia est species pestilencie scil. frenesis, est apostema circa cerebrum. Si fuerit cum febri continua prouideatur febri ut in capitulo de febre pestilenciali. In frenesi in principio, si uenter sit scriptus [statt „strictus"] fiat enema . . . [Bl. 356^{v}] . . . capiatur pulmo mutonis et cum prefato puluere calidus superponatur capiti . . .

C⟨ap.⟩ X[1]) de gla⟨n⟩dula.

Alia species pestis est que vocatur glandula siue bocium, que fit in emunctorio membri principalis scil. retro aures uel collo. Si sit constipacio uentris fiat hoc clistere . . .

Cap. XI de squinancia.

Alia est species pestis squinancia . . . fiat flebotomia . . . [Bl. 257^{r}] . . . rumpatur digitis vnguibus . . .

[1]) Von einer Bezeichnung eines Capitels 3—9 findet sich im Ms. keine Spur.

C. XII de antrace.

. . . nominantur ignis persicus uel ignis S. Anthonij . . . et multi mirabantur de isto emplastro et de isto expertus sum crebrius . . . [Bl. 357^{v}] . . .

C. XIII de bocio et glanda.

Superius patuit de glanda, que fit in emunctorio cerebri, que quasi fit retro aures, hic de illisque fiunt in emunctorio cordis ut sub assellis et emunctorio epatis ut inguinibus . . . [Bl. 358^{r}] . . . trahatur . . . gallus deplumatus in eius culo et superponatur apostemati . . .

C. XIII de fe⟨bri⟩.

Alia est species pestis appellata febris pestilencialis, in quo omnes magis debent attendere, quia si sit continua, ut in plus fit de materia putrefacta in venis propinquis cordi . . .
C. XV de sincopi [Bl. 358^{v}]. Alia est species pestilencie sincopis nuncupata et est de sto⟨maco⟩ cordis. Administretur hoc electuarium . . .

Pleuresis.

Est species pestis uel apostema lateris calidum, fit intra pleuram et costas . . .

De fluxu ventris.

Alia est species pestis videlicet fluxus ventris pestilencialis, quia solum de illo volo loqui . . . [Bl. 359^{r}] . . .

De Heresipela.

Est species eciam pestis, est apostema generatum ex calido uel ignis persicus ad uulgum vocatur S. Anthonij, curatur . . .

Pustula ignea . . .

De variola et morbillo.

Alia est species pestis que vocatur variola siue morbillus. Sunt pustule ex infeccione sanguinis uel alterius . . . [Bl. 359^{v}] . . .

De aborsu pestilencialj.

Alia species pestilencie aborsus. Alij habent mulieres partus innaturales videlicet quando venit fetus transversaliter uel ordine indebite uel quando moritur in vtero matris. Et in aborsu pestilenciali omnibus modis intendendum est confortationibus. Vtatur ergo isto ellectuario ℞ . . . fiat flebotomia . . . sternutaciones . . . enema . . . nullo modo in cathedra [Geburtsstuhl] quia maximum periculum est, sed stet mulier genibus flexis in loco satis duro, ita quod genua tangant ventrem et calcaneus culum conprimendo se fortiter, ita quod mulier faciat vnam cordam in subocillis uel teneat eam fortiter manu ligatam super lectum ut mulier se possit se melius iuuare et vngatur uenter mulieris

et os uulue . . . fiant suffumigaciones . . . fiat pessarium . . . tota nocte stet in vulua eleuatis pedibus super puluinar . . . ad modum clisteris.

De uermibus generantibus apostemata.

Est alia species pestis attenta penes vermes, quorum multi sunt species, quidam rotundi . . . [Bl. 360r].

Tractatus tercius de administracione rerum medicinalium.

Sequitur regimen de administracione rerum medicinalium que quilibet debet seruare menti ad vnguem. Primo vero mane vnius diei sumant ʒj metridati cum aqua uel aquis aceto⟨se⟩, bug⟨losse⟩ ana ℥ semis, que habent aque aspectum ad cor, alia die cum istis aquis ʒj tiriace, nam valet contra venenum calidum vel frigidum et quod tiriaca non sit noua, ymo quandoque annorum, noua est quasi venenum, quod experietur hoc modo, si sit bona. Si aliquis fuerit medicina post operacionem medicine, si est bona, retinet eam, si mala euomit, vel experiatur hoc modo ℞ napellum uel fungum et detur cani et mox detur cani tiriaca. Si talis canis non euomit, bonum, si euomit mala.

Alia die sumat tres de istis pilulis ieiuno stomaco, yeme vino odorifero in estate tamen suco caulium rubeorum uel aqua acetose, [Bl. 360v] scabiose, buglosse. R. aloe cicotrini . . . alia die ʒ semis metridati cum prefatis aquis continuando. Post sumptionem autem horum expertum in multis terris, sumatur aqua comestionis in commistione post comestionem, ymo omni hora diei talis [?] recepta Rp. boli armeni . . . eciam valent iste pillule multum appropriate Rp. boli armen . . . Iste pillule dentur corpore non mundificato, nam iste pillule opilant poros, ut aer pestilencialis non possit attingere cor . . . et hoc pro pauperibus. Magister Arnoldus de noua villa et Johannes Jacobj docent dare et sumere omni mane ystum bolum, acetose aut scabiose humectando aceto. Vltimum eo optimum remedium est aeris mutacio. Item multum valent iste pulueres cum aqua acetose et agresta et dictis aquis et aceto ℞ bo. armen., ro⟨sarum⟩ ru⟨bearum⟩ spodij fini ana ʒij . . . Et lesissimum est cor in peste detur iste sirupus . . . vel hoc modo si sit putrefaccio alicujiu medicina ℞ succorum bug⟨losse⟩, pomorum acetosorum . . . fiat sirupus . . . Et potest sumi ad diem de hoc syrupo quatuor coclearia cum dictis aquis totidem miscendo. Et post non detur medicina eradicatiua, quia materia magis mouetur et materia mota premor est se ipsa quieta, tamen materia multa existente potest administrari medicina laxatiua ut ℥j cas. fistule mundate uel manne . . . et ad vltimum sumat res acetosas ante scriptas, nam vniunt calorem naturalem. Et hec tenent principatum acetositatis: scabiosa, buglossa, fructus stiptici et si-

milia ... vnus quisque debet seruare in preseruacione, po⟨test⟩ portare spongiam madefactam aceto ... odorando, nam aerem corrigit pestilencialem, uel odoretur pomum citri ... jeme portetur hoc pomum quod vocatur ambre ℞ laudanum ... pomum inuoluatur in sindone, continue odoretur. Ad pomum ℞ laudani ℥ semis ... ad odorandum ℞ ambre, storacis ... mistis cum aqua scabiose inuoluatur tela linea, odoretur. Istud est multum placibile omni tempore siue estiuo aut alio, potest banilari [?] in estate madefaciendo cum aqua rosarum, in yeme madefaciendo cum vino odoroso. Tamen poma superius posita sunt minus calida.

Explicit tractatus hic anno lx^0 [vermutlich ix^0!] [1]) Sixti.

Die Bezeichnung der Kapitel und Traktate dieser Pestschrift ist stark gestört in unserer Abschrift. Die diätetischen Abschnitte sind ungezählt gelassen. Es folgen dann, sonst in Pestregimenten nicht anzutreffende, Kapitel über Erscheinungsformen und Komplikationen der Beulenpest (die großenteils andern Infektionskrankheiten zuzurechnen sein dürften), deren Spezies von der dritten an als Kap. X—XV bezeichnet sind, während die letzten 7 wieder ungezählt geblieben sind (also etwa 16—22). Als Schluß ist dann unter der Bezeichnung **3.** Traktat eine allgemeine pharmakologische Pesttherapie angefügt, während die 15 speziellen Pestformen im wesentlichen nur deren spezielle Pesttherapie bringen. Interessant sind die Anweisungen über das Verhalten von der Pest befallener Schwangerer, die leicht zum Abort oder Frühgeburt kommen und auch leicht verkehrten Kindslagen ausgesetzt sein sollen.

261. **Eine kurze Pestregel für die Stadt Montpellier aus dem Jahre 1431, geschrieben vom Kanzler der Universität Johannes de Piscis.**

Auf dem ersten Blatte und zwar nur auf dessen Vorderseite, im ***Cod. lat. 372*** in quarto der Münchener Staatsbibliothek steht das folgende kleine Peststück.

¶ Proseruacio [!] ad epid⟨emiam⟩.

℞ Mirre, spodij, anisi, omnium sand⟨alorum⟩, ros⟨arum⟩ rub⟨earum⟩, galange, tormentillis, radicis tunicis, boli armenici, draganti, seminis accetose ana ʒ j, assis [!] de corde cerui ʒ j, panis zucari lib. semis, fiat puluis et sumantur cum tosca vini boni et od⟨or⟩iferi tempore frigido et in estate cum suco ly-

[1]) Das 9. Jahr der Regierung Papst Sixtus IV. (1471—1484) wäre also 1479/80, das als Jahr der Leipziger Abschrift zu gelten hätte.

monum uel citri uel cum aqua rosarum uel quandocunque hora volueris medium coclear ⟨ieiuno⟩ stomacho.

¶ Item preseruacione ⟨ab⟩ epidimia.

Sumatur cibi et potus laudabilis et consweti in quantitate mensurata, ut sunt panis bene preparatus, vina electa, carnes mutonis, capreti, uituli lactantis et aliquando porci juuenis, pulli et alie aues campestres et potest sumi[1]) aliquando de capriolis siluestribus et apris. Item potest sumi oua sorbilia, aqua cicerum rub⟨eorum⟩ et olera minuta cum feniculo et petro⟨selino⟩.

Et sumantur accetossa etiam in cibarijs, nisi in illis que parata sunt ad tussim et que habent pectus strictum. De piscibus parum aut nichil recipiatur.

¶ Llactuce cum acceto possunt sumi, non tamen continue. ¶ Ficus sicce et passule possunt sumi et alij fructus dimittantur nisi sint accetose.

¶ Bis et[2]) septimana possunt sumi de tyriaca bona quantitate vnius auellane et semel de metridato cum aqua rose. ¶ Fiant ignes in cameris de lignis bonis, ut sunt iuniperij, vites et salices. Stetur in gaudio et leticia et bona spe.

¶ Item convenit tristicia [!], cassia fistula, manna, thamaridos, pillulas de agarico, pillulas de yerapigra vel reubarbari infusis in aqua end⟨iuie⟩ cum modico spice nardi et aque ordei.

Expedit motus ex⟨c⟩essiuus et labores et coytum, balneum stupha, quia apperiendo poros preparant ad egritudinem.

Expedit eciam in preseruacione facere fleubotomias in illis in quibus convenit. Item expedit eciam vitare loca sordida et infecta et visitaciones pestilenciarum, et stare cum multitudine hominum copiosa est periculosum.

Medici eciam in preseruacione consulunt vsum pillularum de aloe bis in septimana recipiendo quando itur ad lectum 3 uel 5 uel 6 uel 7 que sunt tales: ℞ aloes cicotrini ʒ j, mirre electe, croci ana ʒ iij, seminis acetose ana ʒ ij, vini quod sufficit, fiant pillule ad modum ciceris. Consulunt eciam electuaria cordialia, que sunt multa. Vnum est tale: ℞ conserue rosarum, conserue buglosse, conserue accetose ana ℥ j, conserue corticis citri conditi ℥ 4, seminis citri mundj, boli ar⟨meni⟩ subtiliter puluerisati, seminis accetose ana ʒ j et semis, margaritarum electarum, fracmentorum schmaractorum ana ʒ j, cinamomi electi, mag., garioff., seminis asermi [?], spodij, coralli rubei ana ℈ ij, panis zuccari quantum suff⟨icit⟩, fiat confeccio ad modum zucari rosati, de qua recipiatur in ortu solis j coclear post dormicionem. Alij vtuntur electuario de bolo, cujus recepta est: ℞ armoniaci[3]) ʒ vi, anamom ʒ ij, gariof. ʒ 4, radicis tormentille ʒ

---

[1]) Es steht hier und folgends immer eigentlich „summi“ da.

[2]) statt „in“.

[3]) „A⟨boli⟩ armenici“ gemeint? Es steht nur „Rx ar^{oi}“ da.

semis, seminis accetose, galange ana ʒj, panis zuccari lib. j. fiat electuarium de bolo.

¶ Explicit regimen pestilencie magistri Johannis Pistis cancellarij venerabilis studij medicorum mo⟨n⟩tis p⟨essu⟩li ad vtilitatem tocius comitatus insignis ville Montisp⟨essu⟩li peracte[?] Anno domini 1431.

Diese kurze prophylaktische Anweisung soll also aus dem Jahre 1431 stammen, als vermutlich eine Pest zu Montpellier drohte oder schon ihre Heimsuchung begonnen hatte; der Kanzler der berühmten dortigen Hochschule hatte dazu selbst die Feder ergriffen. Er führte den Namen Johannes Pistis. Man könnte die Abkürzung zwar auch „Pistoris“ lesen, das wäre dann also ein Jean Boulanger, aber ein solcher ist unbekannt, wohl aber tatsächlich ein Johannes de Piscis, der als „magister in artibus et medicina et cancellarius“ in den Jahren 1396 und 1426 dokumentarisch nachweisbar ist und dessen Familie nach Pansier aus der Languedoc stammte. Pansier berichtet in seinen „Maîtres de la faculté de Médecine de Montpellier au Moyenâge“ Janus X (1905) unter Nr. 252 auch kurz über einen „Tractatus de febribus“ und eine „Practica“, die als dessen Schriften überliefert sind, ohne daß sie bisher in Handschriften heute noch nachweisbar wären, außer Bruchstücken seiner Practica, in Französ. übersetzt im Ms. 19994 des Fond français auf der Nationalbibliothek zu Paris. Das kleine Pestschriftchen, das er hochbetagt verfaßt hat, ist also doppelt willkommen. Joh. de Piscis soll 1433 gestorben sein, und war seit 1396 Kanzler (vgl. die Liste der Kanzler a. a. o., S. 117).

262. **Der Tractatus pestilentialis eines Theobaldus Loneti aus Aurigny in der Diözese Besançon.**[1])

Größere Verbreitung in Handschriften des 15. Jahrhunderts, namentlich aus dessen zweiter Hälfte, hat eine nicht allzu umfängliche Pest-Ausarbeitung gefunden, als deren Verfasser sich ein burgundischer Arzt Theobaldus oder Thebaldus Loneti ausweist.

Im ***Cod. 20081*** der Königl. Bibliothek zu ***Brüssel*** steht dieser „Tractatus pestilentialis“ auf *Bl. 72ʳ—75ᵛ*, beginnend:

„Cum ego Theobaldus Loneti de Aurigneijs Bisuntinensis dyocesis provincie Burgundie essem Bon⟨onie⟩ civitatis Ytalie et esset altercatio inter medicos super morbis incurabilibus, sicut lepra, paralisi, pestilencia et similibus . . .“ und schließt „. . .

---

[1]) Heute Avrigney zwischen Besançon und der Saone.

approbaui sudorem multum prodesse. Explicit tractatus pestilencialis."

Die gleiche Schrift findet sich bruchstückweise im ***Cod. 755*** der ***St. Gallener*** Stiftsbibliothek *Bl. 187—188.* Ferner zu ***Wien*** in der Nationalbibliothek im ***Cod. 5007.***

„Theobaldus Lonetus de Afrigneis Bisuntinus, de pestilentia."

Auf der ***Freiburger*** Universitätsbibliothek trifft man im ***Codex 394*** die gleiche Schrift, wo sie 1492 niedergeschrieben scheint und 7½ Quartblätter füllt: Incipit tractatus totus remediatus contra pestilatos et infectos tali peste letali.

> Cum Ego Theodolus Loneti a Frignero Lusuntinensis dyocesis Essem Bononiae civitate Ytalie et esset altercatio inter medicos super morbis incurabilibus, sicut lepra, paralisi, pestilentia et similibus, Tandem concludere volebant nullum remedium super pestilentia posse reperiri ... Ego solus affirmavi multa remedia contra praedictam pestem faciliter adhiberi posse sicut quam pluries alia adhibui in Sabaudia ... Ego acquiescens petitionibus ipsorum scripsi modum succurendo illi morbo..

Auch die ***Münchener*** lateinische Handschrift ***184,*** *Bl. 279 ff.* birgt diese Pestausarbeitung.

Ich teile sie aus dem ***Münchener Cod. lat. 205,*** *Bl. 123^{r}—126^{v}* im Folgenden mit; mögen andere ausschöpfen, was den übrigen Handschriften weiter zu entnehmen ist, die im Vorstehenden kaum vollständig aufgeführt sein dürften.

Wir haben es mit der Pestausarbeitung eines erfahrenen Arztes aus der Diözese Besançon zu tun, der einem kleinen Orte Aurigny entstammte, weit in der Welt herumgekommen ist, einen umfassenden ärztlichen Blick besaß und in der ersten Hälfte des 15. Jahrhunderts lebte, Thebaldus Loneti mit Namen, einer der vielen Thibaud, und zwar ein bisher unbekannter. Doch sehen wir uns seine Pestschrift zunächst einmal näher an, sie wird uns recht bekannt anmuten, wenn wir auch die Einleitung noch nicht kennen gelernt haben, ebensowenig wie ihren Verfasser.

> Cum ego Tabaldus Loneti de Aureyneo bisuntinensis dyocesis prouincie purgundie essem Banonie ciuitatis Ytalie et esset alter⟨c⟩acio inter medicos super morbis incurabilibus sicut lepra, paralissi, pestilencia et similibus, tandem concludere uolebant nullum remedium super pestilencia mortali posse reperiri, et maxime quia Galienus et Ypporas et alij antiqui medici super nullam mencionem fecerunt. Sed post multa verba ego solus eram affirmans multa remedia contra dictam pestem faciliter adhiberi posse sicut quam plures ex-

hibui alias in subaudio [statt „Sabaudia“, Savoyen], respondendo ad hoc quod ipsi dicebant: quod Gal⟨ienus⟩ et alij super ista peste nil dicebant, quia ista pestilencia letalis temporibus ipsorum nondum erat, sed post ipsorum tempora uenit hec corrupcio in corporibus humanis vnde moriuntur in breui. Tunc requisitus quatenus hec remedia scribere vellem, quia non timebant aliam egritudinem. Ego autem acquiescens eorum peticionibus scripsi modum succurendi illi morbo pestiffero, et quia necesse est ualde et utile medico scire causas et loca, egritudinum curandorum, ideo preposui aliqua preambula, ut medicus sit certior in curis exhibendis egrotis uel pestilantis tali pestilencia, et primo ponam causas et loca egritudinum generacionis huius morbi, secundo ponam loca, in quibus recolligitur ista pestis in corpore, tercio [Bl. 123v] ponam modum cognoscendi pestiferos et pestilenciatos seu inficiendos et infectos, quarto ponam pro posse modum succurrendi huic pestilentiffere, et illa quatuor scribam prout debitus intellectus mei ad memoriam reducere poterit, rogando singulos, ut quod dimeritum fuerit suppleant et si quod superfluum dimittant et quia quodlibet apostema potest dici pestilencia, ymmo sciam quilibet morbi sunt ita, tamen non intendo loqui universaliter de omnibus et singulis apostematibus necque de omnibus morbis subitis, sed tantum de ista peste, que recolligitur inde et partibus corporis humani. Ideo primo videndum est, quid sit ista pestis et vnde pestis in proposito est humor corruptus uel uenenosus inclusus in corpore humano et recollectus in certis glandulis uel constituens certas glandulas etc.

Nunc venio ad causa generacionis huius pestis et secundum quod de presenti possum comprendere reperio tres causas generacionis huius. ¶ Prima causa usus uel nimia frequentacio ciborum uel frequens replecio et ista se contingere solet post aliquam magnam karistiam victualium, quare famelici post talem caristiam comedunt inordinate omnes cibos et malos et tamen tam ex talibus cibis corruptis quam ex nimia frequentacione generatur humor corruptus in humano corpore, qui est pestis dicta. Secunda causa est humor corruptus propter aliquam saniem feculentam per hanelitum receptus in humano corpore et hoc sepe contingere solet in locis ubi fuerint magna prelia et multa strages hominum, quia propter fetorem cadauerum corrumpitur aer, quo corrupto inficiuntur anhellatores[1]) et per multas alias corrupciones vel etiam uel alia animalia uenenosa transeunt volando de alpibus in alpes, tunc inficiunt aerem hanelitu suo venenoso, quo aere corrupto inficiuntur eciam anhellatores[1]). Similiter eciam per multas alias corrupciones corrumpitur aer sicut post desiccacionem inge⟨n⟩iarum paludum post longas pluuias. Tercia causa est nonnunquam influencia

[1]) Das „h“ ist von anderer Hand hineingesetzt.

celestis, sicut quando aliquis malus planeta, ut saturnus uel mars est in suo casu et habet aspectum iniquum uel in sua domo uel exaltacione etcetera vel habet aspectus contrarius uel conuenientes sue malicie et per talem influxum multi in multis locis et regionibus inficiuntur tali peste et ista sufficiant pro primo. Quia pauca scribere licet multa uero intelligere per quod de vno plura dico de pluribus alijs, omnibus simili modo intelligendum esse volo etc.

Dicebam secundo in quibus locis talis pestis recolligeretur siue procedat ex uictualibus, ut dictum est, siue ex aere corrupto aut ex influencia supercelesti. Ideo notandum est, quod natura semper expellit sibi nociuum in quantum potest, et quia talis corrupcio peruenit ad stomachum uel pulmonem qui protinus expellit quantum potest, aliquando per uomitum aliquando per sudorem aliquando per secessum; si sic expellat, liberatus est homo. Si uero tunc diriget per vnam partem corrupcionis digeste, mittet ad cor tunc cor senciens se lesum expellit in quantum potest per uenas cum sanguine. Et quia principales vene cordis cadunt ad capud, ideo cor, quam cicius potest, mittit ad capud per uenas cum sanguine illam corrupcionem que est iam pestis, tunc capud propter talem corrupcionem sentit se grauatum et hoc quod pestilenciati in principio pestis senciunt dolorem capitis, capud eciam expellit a se, in quantum potest. Et quia in parte dextra et similiter sinistra sunt [sunt] tres vene principales descendentes per corpus humanum, videlicet vna que descendit per sumitatem brachij usque ad manum et reperitur in superiori parte cubiti et similiter inter minimum digitum et medium. Tercia uena de [Bl. 124r] scendit per corpus humanum et protenditur usque ad pedes, et quod dico de parte dextra idem de sinistra intelligendum est. Et quod dixi de illis uenis, ut melius ostenderem locum repertiuum receptiuum pestis, tunc ad propositum, quando capud expellit sibi nociuum, expellit per aquam illarum venarum et expellit per istam venam que protenditur per sumitatem brachij, tunc pestis remanet in collo siue in dextra parte uel in sinistra et causat ibi quandam glandulam, in qua recolligitur. Et si reperiret exitum, natura libenter expelleret, sed natura non potest ulterius propter defectum exitus. Si autem capud expellit pestem per illam partem que dest [!] venam que descendit per inferiorem partem brachiorum, tunc pestis remanet sub asellis, in dextra uel in sinistra et causat ibi glandulam. Si autem capud expellit per illam venam que descendit per corpus, tunc pestis remanet sub inguinibus et causat ibi similiter glandulam etc. Et quod dixi de corde, item est interdum de epate, pulmone et alijs membris, sed aliquis posset quere⟨re⟩. Quare pestis pocius recolligitur in istis locis suprascriptis quam in alijs cum uene descendant per totum corpus et sanguis distribuatur per omnes partes corporis. Ad hoc dicendum est quod uene in

aliquibus locis sunt recte, equales, stricte et alique sunt tortuose et ample. In quibus locis uene sunt recte stricte, non potest recolligi pestis propter uelocem transitum sanguinis, sicut patet in riuolis et fluuijs quia in [in] locis rectis et strictis aqua celeriter labitur nec remanet ibi aliqua sordes, sed in locis, in qnibus uene sunt ample et torte, recolligitur pestis, sicut eciam in locis fortis et amplis fluuiorum et riuulorum, quia in talibus satis requiescit aqua et ibi recolligitur sordes. Sic eciam est in uenis et quia in collo et sub asellis et inguinibus uene sunt laciores quam in alijs locis corporis humani, ideo pocius pestis recolligitur ibi etc.

¶ Capitulum tercium de pronosticacione pestilendorum etc.

His duobus menbris habitis et diligenter consideratis satis facile potest esse solerti viro pronosticacio inficiendorum tali pestilenciali, quia in locis per caristiam desolatis occursu victualium adueniente sepe inficiuntur habitatores talium locorum utentibus continuas usus talium corruptorum ciborum post longiorem karistiam. Hoc idem dicendum est de locis guerrarum propter strages hominum et de aliis locis qualitercunque per infeccionem corruptis. Sic solers inquisitor pronosticare de peste futura in talibus locis et talis pestis est particularis. Sed queri potest, an habitatores talium locorum et quare infici debeant. ¶ Dicendum est quod non, sed illi qui sunt subtiliores et penetrabiliores subire uel non [?], sicut sanguinei cicius quam colerici et flecmatici cicius quam melancolici, et racio huius est, quia densum agit in rarum et durum in molle sicut lapis agit in terram et terra in aquam et aqua in aerem. Et quia talis humor corruptus est grossus et rudis, ideo cicius penetrat et corrumpit subtilem naturam quam grossam. Sed alia est pronosticacio de peste causanda ab influencijs corporum supercelestium, quia notanda sunt loca planetarum et causas depressiones eorum etsi iungatur malo planete, vel si sit malus planeta uel habet aspectus contrarios et sic dominus anni uel mensis et in quibus locis et regionibus influunt et breuiter sunt notanda cuncta, que debent notari per astrologos in talibus iudiciis. Et tunc notandum est et iudicandum in tali regione uel tali parte mundi erit pestis, uel particularis uel uniuersalis. Nunc iterum potest queri, si pestis est particularis sicut vna regione uel duabus secundum influenciam talis planete, qui equaliter influit suam maliciam per multas ciuitates et loca, an habitatores talium ciuitatum et locorum equaliter debeant infici, cum talis influxus sit equalis in singulis. ¶ Dicendum est quod non, sed solum illi qui subiciuntur talibus planetis uel domibus illarum planetarum, verbi gracia si pestis causetur a saturno male disposito, quia saturnus continet sub se et dominat me-

lancolicis et similes subiecti saturno inficiuntur peste et pauci euadunt nisi succuratur ipsis, sed per succursum poterit liberari, quia sapiens dominabitur astris [Bl. 124^{v}]. Sed si talis pestis causetur a marte male disposito, quia mars continet sub se et dominatur colericis, bellatoribus, rixoribus etc, ideo colerici et similes subiecti marti inficiuntur et id quod de vno planeta dico, de singulis est dicendum; sed adhuc non omnes subiecti tali peste inficiuntur sed aliqui cicius aliqui tardius secundum susceptabilitatem uel resistenciam corporis [?] uel etatis.

Nunc de noticia iam infectorum dicam, secundum quod alias expertus fui, quia quinque modis experiebar hominem esse infectum videlicet colore, anhelitu, pulsu, vrina et sanguine etc. ¶ Primo experiebar colore, quia comuniter infecti in principio infeccionis habent wltum clarum, coloratum, rosaceum plus solito, et racio est, quia sicut iam dixi talis pestis statim remittitur et colligitur in capite et ibi causat quendam dolorem, racione cuius doloris capud calet et rubescit plus solito. Sed cum talis pestis descendit per uenas, sicut iam dixi, tunc talis calor euanescit, et hoc comuniter accidit. ¶ Secundo cognoscebam per hanelitum et hoc modo. Quando aspiracio est maior quam respiracio et quando aspiracio et respiracio non sunt equales. ¶ Tercio congnoscebam per pulsum, tunc pulsus modo fortis modo debilis modo tardius, modo cito modo subitus modo remissus modo multus modo nullus, et hec noticia remittitur pericie medici. ¶ Quarto congnoscebam per vrinam et licet quelibet egritudo sic congnoscitur per urinam tam racione xij colorum et xviij in diuersis vrinis apparentium, tamen de presenti dicam tantummodo quantum tangit propositum, quia comunis noticia quam habebam de tali peste erat vna nubecula in vrina apparens, que aliquando constituebat ypostasim in vrina, aliquando erat in fundo vrine, aliquando in media regione, aliquando in suprema. Si tamen nubes constituebat ypostasim in vrina, tunc percipiebam talem nondum esse infectum. Si in media regione tales nubes apparebant tunc erat primum principium infeccionis. Sed longe facilius curabis, si in suprema regione vrine, tunc percipiebam illum omnino fore infectum et racio est quia dicit Egidius, quod similis simili seruit et regio regioni, et tales nubes in superiori parte vrine denotabit pestem iam ascendisse ad capud et talis adhuc satis faciliter curabitur. Sed quando talis vrina cum tali nube apparebat mihi cum quadam turbulencia tendente aliquando ad fuscedinem aliquando ad inflammacionem tendentem aliquantulum ad rubedinem, tunc percipiebam iam talem pestem descendisse de capite et iam distributam et dispersam per corpus et talem fore periculosam et dificilis curacionis. Tamen adhuc curabilis erat, quousque glandulam in corpore crepabat, quia post talem crepacionem non erat remedium nec spes salutis, et multa alia signa inueniebam in vrinis, sed quantum ad pestem illa erant comuniora. ¶ Quinto

congnoscebam in sanguine extracto per flebotomiam. Quia aliquando post residenciam sanguinis reperiebam aliquando humores aquaticos aliquando viscosos aliquando congelatos, aliquando in fundo aliquando in superficie et diuersorum colorum, et quia aliquando reperiebam humorem tendentem ad aliquantulam rubedinem claram et demonstrat morbum prouenisse racione colere rubee, quia colera rubea est calida et sicca et racione caliditatis causat rubedinem, racione vero siccitatis causat claritatem, aliquando talis rubedo apparebat cum aliquali turbulencia inspissata et tunc denotabam morbum processisse a sanguine corrupto, quia sanguis est calidus et humidus, racione caliditatis causat rubedinem, racione humiditatis causat rubedinem et spissitudinem. Aliquando talis humor apparebat aquosus et turbidus et tunc percipiebam morbum prouenisse a flecmate et flecma est frigidum et humidum racione et accione frigiditatis causat aqueitatem, racione humiditatis causat spissitudinem et turbedinem. ¶ Et aliquando talis humor apparebat aquosus et clarus et tunc percipiebam morbum prouenisse a colera nigra quia in frigida et sicca et racione frigiditatis causat aqueitatem, racione autem siccitatis causat claritatem. Et hec eadem verba notanda sunt de vrinis, prout dicit Jo. Mesue in capitulo de vrinis. Et hec sufficiant quantum ad noticiam pestilenciatorum etc. [Bl. 125r].

Sed quia predicta minime prosunt egroto, nisi super hoc prouideatur sibi de remedio oportuno, ideo de remedijs ualentibus ad propulsionem talis pestis a corpore humano nunc intendo docere, non tamen de singulis generaliter sed de aliquibus quibus usus fui, et primo de pestilandis. Quia meo iudicio tucius est nondum pestilatum fugere atque corumpendum, si super hoc habeat noticiam prenosticationis corrupcionis future, et ⟨de⟩ talibus non est meum propositum, sed de iam pestilenciatis et infectis tali peste letali, tunc quando pestilenciatus senciebat pestem fore recollectum in aliqua glandula locorum predictorum. Si ante xij ⟨horas⟩ uel citra post incepcionem doloris talis glandule notifficabat se esse infectum, erat facilime curacionis, si uero tardabat se esse pestilenciatum ultra xij horas, tunc inuestigabam locum dolentem et per prius uolebam scire, si talis esset facilis cure uel difficilis, et per istum modum ego dabam egrotandi tyriacam optimam et perfectam in bona quantitate, sicut vnius nucis uel vnius oui parui secundum personam, sed eger euomebat tyriacam, tunc percipiebam uenenum pestifferum glandule iam incepisse reuerti ad cor et ad interiora, unde habuerat originem, ideo qui non reperit alium exitum et tunc venenositas talis et tyriaca esset contrarie et esset pungna inter ipsos, necesse erat tyriacam cedere et absentare locum per uomitum, et in talibus non habebam spem salutis, quia moriebantur eo, quia tarde apparuerunt suum morbum et benedicebam: amice, iste non potest euadere et non apponebam manum libenter.

Sed quando non euomebat, tunc participiebam quod venenositas pestis erat in glandula. ¶ Et tunc nullis aut multis medicacionibus per prius in memet ipso multotiens consideratis, si venenositas huius pestis quam natura iam expellit, usque ad illum locum reuertatur ad cor et ad interiora vnde exiuit, iste homo est mortuus. Si autem potest extrahi de loco illo uel de glandula et potest poni penitus extra corpus, iste homo est liberatus. Et sic quando natura iam expellebat talem pestem usque ad talem locum et ulterius non poterat, ego laborabam proposse iuuare, nam et laborabam operari ibi, vbi natura desinebat, et consideraui multos modos extrahendi talem pestem a capite et primo extrahebam. Sic capiebam tres uel quatuor uel plures sanguisugas secundum personam et apponebam in vna uentosa uel uitro paruo et applicabam illi loco dolenti in quo erat pestis recollecta, et tunc sanguisuge sugebant sanguinem illum corruptum, in quo erat illa uenenosa pestis inclusa, et post reparacionem sanguisugarum dimittebam locum fluere quam diu poterat. Et racio extrahendi pestem de corpore per istum modum mouit me, quia sanguisuge naturaliter plus sanguinem corruptum et infectum quam purum et limpidum, eodem modo sicut natura ciconie plus appetit serpentes et buffones quam pullos et pipiones et quia sanguisuge sic extrahant sanguinem et sic pestilenciales liberabantur a peste, nec erat necessaria alia medicina nisi aliquando aliqua emplastra ad maturandum, si erat necessarium, sicut ego ponam in fine. Et cauere debet paciens a frigore, uento et pluuia et uti cibis digestibilibus, et non inueni sanguisugas deficere sed cunctos liberari per istum modum. Sed si sanguisuge haberi non poterant, faciebam fieri flebotomiam in eadem vena, in qua erat recollecta pestis, et in propinquiori loco scilicet in locis, in quibus reperiuntur tales vene, sicut dixi superius in secunda parte. Et antequam uena ligaretur, ego congnoscebam, an eger penitus esset liberatus a peste uel adhuc aliqua pars pestis remaneret in corpore. Quod si erat aliqua pars adhuc in corpore pestis, non sinebam ligare uenam sed continuare flebotomiam quousque eger penitus esset liberatus a peste, et hoc congnoscebam sic. ¶ Quia quamdiu uidebam sanguinem fluentem de uena grossum, turbidum et spissum, tunc talis erat pestiffer et quamdiu durabat illa turbedo semper continuabam flebotomiam. Sed quando sanguis sicus exiebat clarus de uena, subtilis et lucidus, tunc faciebam ligari uenam et talis securus fuit et liberatus de peste. Et semper faciebam apperire uenam late in superficie et non in profundo, ne uene perforarentur utrobique sed tantum in superficie, ut sanguis grossus et turbidus laciorem exitum inueniret et non impedi-[Bl. 125^{v}]retur propter strictum exitum nec erat sibi necesse alia medicina nisi frigore a uentis a pluuia cauere. Et inmediate post flebotomiam faciebam ipsum intrare lectum et extendere membra, ut sanguis residuus in corpore

melius et equalius recurreret ad uenas vacuas, uti cibis digestibilibus. Sed aliquando persona erit debilis conplexionis uel debilis annis [?], sicut sunt pueri, juuenes uel persone nimis delicate que sanguisugas uel flebotomiam pati non poterant, tunc perquirebam locum dolentem et capiebam pullos gallinarum et deplumebam eis anum et super ipso ano ponebam modicum salis bene triti, ut propter corrosionem salis melius attraheret ad se et tunc applicabam anum pulli proprie ad locum dolentem et tunc pullus sugebat venenositatem pestis inclusam in glandula et inmediate moriebatur pullus, antequam diceretur vnum pater noster, et tunc applicaui sibi vnum alium pullum qui similiter moriebatur, et breuiter tot applicabam quod vnus remanebat viuus uel duo uel plures, et tunc talis erat liberatus et indigebat regimine in dietis et in emplastris sicut homo exiens magnam infirmitatem. Et in ista cura applicabam loco dolenti aliquando quatuor pullos aliquando sex et breuiter tot, quousque vnus uel plures ramanebant viui et tunc pro certo eger liberabatur. Si autem omnes pulli moriebantur et eger similiter moriebatur, sicut semel vni tredecim, qui omnes moriebantur et eger similiter mortuus est, quia erat de nocte et non poterant haberi plures, ideo ille mortuus fuit vna cum pullis. Et illa cura est ualde suauis et potest fieri quibuscunque personis quantumcunque, pueris, juuenibus uel infantibus etc. Si uero cuncta haberi non poterant, tunc laborabam ad mollificacionem materie rudis et grosse uenenositatis pestis incluse in corpore et ad apercionem pororum, ut ipsa materia mollificata et poris apertis liberius possit extrahere a corpore et extra penitus ponere illam materiam grossam infectam tali peste et hoc faciebam sic: Capiebam herbas mollificatiuas, apperitiuas et attractiuas et buliebam in aqua per vnam conuenientem ebulicionem et istas herbas cum aqua ponebam aliquando in aliquo uase mundo et aliquando uoluebam ipsummet uas aliquibus pannis, ne uas macularet lectum, et ponebam aliquando ad pedes egri, et hoc maxime quando pestis erat in igni⟨ni⟩bus et calor tunc ascendebat ad lectum et calefaciebat egrum, et in illa calefaccione digerebat et calefaciebat illam materiam grossam, que erat in igui⟨ni⟩bus et in toto corpore etc. Deinde in eadem decoccione erant herbe apperitiue que apperiebant poros, ut illa materia faciliorem reperiret exitum, et eciam in eadem decoccione erant herbe attractiue, que attrahebant illam materiam iam dissolutam per poros et tunc sudor paulatim et paulisper incipiebat exire per illos poros sic apertos, exuberabat sudor cum grossis guttis labentibus ab omnibus partibus corporis et isto modo uenenositas illius pestis melius elongaretur a corde quia cor semper conseruandum est, in quantum fieri potest. Si autem pestis erat sub asellis uel in collo, tunc ponebam herbas superius et in illa parte in qua erat pestis, et aliquando capiebam lateres calidas et inuoluebam in pannis

lineis madefactis in aqua predicta et ponebam in locis quibus supra et non vidi aliquem egrum sic guttatim sudare incurrere mortem per pestem et ideo omnibus modis quibus poteram prouocabam sudorem. Si uero sudor prouocari non poterat, tunc signum erat quod pestis iam reuersa erat per totum corpus et racione sue grossiciei et viscositatis iam conglutinauerat et inuiscauerat totum sanguinem, ita quod totus sanguis uel pro maiori parte erat iam conglutinatus et talis erat iam prope mortem. Sicut aliquando vidi quod neque per flebotomiam neque alio modo poterat haberi sanguis de corpore et hoc propterea, quia iam conglutinatus erat et tales aliquando viuebant per v uel vi horas, aliquando parum plus uel minus. Et hec sunt herbe quas ego recoquabam pro cura predicta, scilicet ysopus, menta, pulegium, calamentum, folia sambuci, malua, ypericon, absinthium, fumus terre et breuiter multas alias, quas de presenti non habeo in mente; non tamen semper ponebam de omnibus simul, se de illis quas [Bl. 126r] oporteret habere recursum ad libros medicorum uel ad peritos in medicina. Et has coquebam aliquando in vino, quia tunc maioris acuitatis erant, aliquando in aceto, quia maioris erant penetrabilitatis, et hoc faciebam secundum conplexionem persone talis.

Insuper in omni cura predicta applicebam duplex emplastrum, vnum repercussiuum, quod ponebam super cor ad repellendum a corde venenositatem pestis; aliud emplastrum faciebam de herbis dissolutiuis attractiuis et attractiuis, ut dissoluantur grossam materiam apostematis et aperiret poros dolentis loci, ut ibi liberius reperiret exitum et cum hoc attraheret ad se illam materiam dissolutam per illos poros apertos. ¶ Primum emplastrum, videlicet repercussiuum, faciebam de saluia, menta, ruta, ysopo, ypericon et breuiter de multis alijs [alijs] herbis valentibus contra venena, post quod poteram habere duas uel tres uel plures et terebam fortiter et terebam bonam quantitatem tyriace et istud emplastrum calidum supra cor, ut ipsum preseruaret a ueneno et defensaret ipsum cor, ne venenum sibi noceret. Aliud emplastrum videlicet dissolutiuum et aperitiuum et attractiuum conponebam de pluribus rebus, aliquando de forti fermento, aliquando de farina salig⟨emme⟩, aliquando de farina fabarum cum bona quantitate salis, aliquando addebam nuces siccas et distemperabam cum albumine oui, aliquando cum succo foliorum sambuci, cum succo apij et cum aceto forti. Et addebam aliquando terebentinam aliquando picem aliquando liquorem abietis et breuiter de omnibus rebus dissolutiuis, attractiuis et opperitiuis diuisim uel coniunctim, secundum poteram, habere, conponebam emplastrum et bene calidum applicabam loco dolenti et ut forcius et cicius operaretur ego calefaciebam laterem uel lapidem et bene calidum ponebam super emplastro, ut calor esset forcior et diucior, quia dissolucio, appericio et attractio non possent bene fieri sine calore, et per ista emplastra

maturabantur appostemata, si aliquid residuum fuerit, et sepe faciebat sibi uiam ad modum nutrientis [?]. Et isto modo perfecte liberabatur infectus et oportebat ipsum regere quemadmodum in cura interitus. Sed aliquando erant persone pingues et carnose, que dolorem pestis incluse in glandula bene sensciebant, sed cum illa glandula erat ita profunda in corpore, tum propter carnositatem supereminentem quam eciam propter nimiam pinguedinem, et talis glandula manibus sentiri non poterant [!]. Et tunc sanguisuge illam glandulam attingere non poterant ad sugendum illum sanguinem corruptum, similiter nec pulli poterumt attingere; de flebotomia erat dubium, quia uene non bene reperiebantur propter carnositatem, quia barbitonsores sepe deficiebant percutiendo uenam et sanguis sepe impediabatur propter nimiam carnem, tunc talibus sic mediebar. Faciebam emplastra tam forcia quam poteram et calida ponebam loco dolenti, ut attraherent illud apostema in quantum possent, deinde apponebam uentosas, ne forcius attraherent, post emplastra. ¶ Tunc si videbam flebotomiam fieri posse conuenienter, faciebam uel apponebam sanguisugas uel pullos, ut supra dixi. Si autem videbam ista non sufficere, sicut quando glandula aliquando non poterat bene extrahi usque ad pellem, tunc faciebam scindere glandulam profunde per cyrurgicum; si habundancia sanguinis habundare poterat, infectus liberabatur, si uero sanguis emanare non poterat, moriebatur in breui, et hoc erat ideo, quia sanguis iam erat congelatus in corpore et quia tarde notifficauerat suam pestem etc. Sed quia omnia que superius dicta sunt, quibus glandula pestifera statim se ostendit in locis prenominatis, quia tunc medicus est rectus, vbi debent poni sanguisuge uel vbi debet fierj flebotomia aut vbi pulli uel emplastra poni debent. Sed sunt aliquando aliqui infecti, in quibus nulla glandula est dolens et nullus locus recollectiuus pestis, aliquando apparet usque ad quinque dies, aliquando sex, aliquando septem, in octauo uel nono die moriuntur, sicut uidi Rome et in ciuitate Tyburtina in peste anno domini M^{o}cccc^{o}xx quarto quia in multis nulla glandula apparebat usque ad quinque uel sex dies et aliquando septem et quasi omnes moriebantur, tunc in talibus remedia predicta non possunt prodesse nisi casualiter, quia tunc flebotomia eque cito efficeretur, vbi sanguis esset sanus, sicut in uena infecta, et sic sanguis purus exiret et corruptus remaneret in corpore tali et [Bl. 126^{v}] isto modo sanguis corruptus dispergeretur per totum corpus et sic talis flebotomia erit abbreuiacio uite, et in hoc medicus debet esse ualde consultus, sic etiam de sanguisugis, pullis et alijs remedijs predictis. Tunc ecce remedium quod ego solebam apponere et quod apposui mihimet Rome in peste predicta, quia ego fui pestilenciatus eodem modo sicut et alij, qui moriebantur. ¶ quia primo sensi dolorem in capite sicut et alij, deinde februi, postea dolui renes, ex hinc habui pulsum inde-

terminatissimum vna cum vrina mortalissima et iudicatus ad mortem per doctores medicine, sicque demum non erat spes salutis nec tamen habui glandulam dolentem sicut et alij qui moriebantur. Et ego tunc me uidens in extremis, cum multis laterinis ad me reuersus cepi medicari circa remedia que solebam apponere in tali periculo, et consideraui remedia predicta mihi non esse secura, eo quod locus pestis erat ignotus, tunc recurri ad ultimum remedium suprascriptum, quia toto posse meo nisus fui prouocare sudorem cum magna coopertura et cum magno dolore et tantum passus fui, quod incepi sudare forcius et computaui lx guttas sudoris, et hoc reiteraui ter, et inmediate post ipsos sudores vrina mea fuit ita sana, quod nullus medicus iudicasset me egrum sed penitus sanum et a quacunque egritudine liberum et hoc ideo, quare tota uenenositas huius pestis fuit penitus resoluta et per istos sudores mediante calore radicitus expulsa et nullum alium remedium apposui et per illud solum dei gracia cooperante liberatus fui. Et idem est remedium, quod apponere solitus sum in talibus egritudinibus non apparentibus et non vidi aliquem sic guttatim sudare incurrere mortem, et per istam curam vidi multos febricitantes liberari et ydropicos curari maxime prouocando sudores in stuphis siccis et vtendo de rebus tostis, quia tostum de vna parte consumit humorem aquaticum inclusum in corpore et de altera parte humor exiet corpus in magna quantitate per sudores; et in multis alijs passionibus approbaui, sudorem in multis magnis egritudinibus multum prodesse etc.

¶ Et sic est finis, laus deo etc.

Es kann für den aufmerksamen Leser dieser langen Pestserie keinem Zweifel unterliegen, daß wir es hier mit einem alten Bekannten zu tun haben, mit unserm Pesttraktat 230, angeblich eines „doctor Papiensis", den Sticker im Janus XXVII (1923), S. 15—28 veröffentlicht hat. Wir sehen nun, daß der Münsterer Handschrift, die Sticker vorgelegen hat, die Einleitung fehlte. Bekanntlich fehlt ja dem Texte im *Codex III. Q. 12* noch weit mehr, und die Bd. XVI dieses Archives S. 154 ausgesprochene Vermutung, daß der Anfang des Breslauer Textes, falls er auftauchen sollte, „die Herkunft des Ganzen wesentlich aufklären würde, ja vielleicht einen Autor dazu liefern würde" mit seinem ahnenden „Wer weiß?" als Schlußzusatz, findet hier erst ihre Bestätigung. Es war damals nur eine vage Vermutung, da ich die Handschriften des Thebaldus Loneti noch gar nicht untersucht hatte. Sie ist nun Wahrheit geworden und die Ansicht, die Sticker Janus, XXVI, S. 117 unten ausgesprochen hat, daß Johannes Widmann diese Pestschrift gekannt haben könne, gewinnt in anderer Weise große Wahrscheinlichkeit. Die Schrift

des Bisuntiners THIBAULD war in der zweiten Hälfte des 15. Jahrhunderts recht verbreitet und geschätzt, sie verdiente es auch, wie man wohl sagen kann; sie gehört zweifellos zu den besseren ihrer Gattung; reiche Erfahrung, Selbständigkeit in der Beobachtung und im Urteil leuchten allenthalben aus ihr heraus. Die Anweisung für die Anwendung des gerupften Kükensterzes mutet so lebendig an, als wenn THIBAULD sie erst selbst erfunden hätte; doch empfahl sie ja auch schon JOH. JACOBI.[1]) Jedenfalls hat THIBAULD die „Methode ausgebaut" und ich meine überhaupt, es hätte dieser Ostfranzose oder Burgunder es wohl verdient, daß unter Benutzung aller vorhandenen Handschriften (mit und ohne seinen Namen), eine wirkliche Ausgabe dieses verbreiteten Pesttextes einmal, am besten von einem französischen Medizinhistoriker, veranstaltet würde, eine kleine Monographie über den Arzt aus der Diözese Besançon. Der unter Nr. 229 (Bd. XVI, S. 152f dieses Archives) von mir beschriebene Pestdruck, trotz aller seiner Überarbeitung, möge dabei gleichfalls Verwendung finden; auch G. STICKERS Handschrift in Münster.

263. **Der Pestratschlag der Pariser Medizinischen Fakultät, erstattet im Oktober 1348 auf Anfordern König Philipps VI.** (1328—1350).

Das „Compendium de epidemia compilatum Parisius per magistros facultatis medicorum ad instanciam et mandatum ... Philippi Francorum Regis anno MCCCXLVIII" ist eines der allerwichtigsten, wenn nicht das allerwichtigste literarische Dokument zum schwarzen Tode. Wie weit seine Wirkung ging, zeigen schon die zahllosen deutschen Schriftstückchen vom „Sinn der höchsten Meister von Paris für die Sterbung der Drüsen" usw., von denen ich in diesem Archiv Bd. II, S. 379ff., Bd. IV, S. 191—194, Bd. VII, S. 64/65 Bericht gab. Für uns hier sind sie nur ein Einzelsymptom aus dem Gesamtwirkungsgebiet dieses „Visis effectibus", wie die charakteristischen Eingangsworte des offiziellen Pariser Pestratschlags lauten.

---

[1]) Schon ein halbes Jahrhundert vor dem Auftreten der Erstepidemie des „schwarzen Todes" hat ARNALD VON VILLANOVA in seinem „Liber de Venenis" zur Entfernung des Giftes aus einer gebissenen Wunde empfohlen: „medicamen desuper vulnus aut superponetur[!] columbus cisus unus per pectus immediate donec infrigidetur, tunc alius supponatur continetur[!] subtiliter, donec calor mitigetur, defectu quorum superponantur galli vel galline consimiliter vel ani gallorum vivorum deplumati." Opera, Lugduni 1504, Bl. 259r, Sp. 1.

Zum ersten Male hat den Pariser Fakultätsratschlag für die Pest vom Oktober 1348 Justus Friedrich Carl Hecker in den „wissenschaftlichen Annalen der gesamten Heilkunde", 29. Bd., Berlin 1834, S. 219—239 nach zwei Pariser Handschriften *Nr. 7082,* Bl. 45—50 (XIV. saec.) und *7026* (XVII. saec.), Bl. 49—81 in Druck gebracht[1]). Fast ein Menschenalter später, am 24. Juli 1860 legte L. A. Joseph Michon der Pariser medizinischen Fakultät „Documents inédits sur la Grande Peste de 1348" vor (Thèse Nr. 127), unter denen an erster Stelle, S. 32—45, das „Compendium de Epidemia per collegium Facultatis Medicorum Parisius ordinatum 1348" auf Grund des auch von Hecker benutzten *Ms. 7026, ancien Fonds latin.* Leider weist sein Text auf S. 38 eine Lücke auf, indem der ganze (prophylaktische) erste Traktat der „Summa secunda de remediis" mit vier Kapiteln und vom zweiten Traktate dieser zweiten Summe das erste Kapitel mangelt, was bei Hecker S. 226—233 füllt. Auch in einer kurz darauf, noch im gleichen Jahre 1860, bei J.-B. Baillière et fils veranstalteten Buchausgabe des „Documents inédits" (99 S. 8^0) finden wir S. 59 die gleiche Lücke.

Der Text des Pariser Fakultätskompendiums findet sich nun auch anderwärts nicht gerade selten in den Handschriften. So in Lille im **Ms. Nr. 863** aus dem 15. Jahrhundert, Bl. 140—149 „Compendium de preservatione epydimie. Istis effectibus . . ." und in Paris im **Cod. lat. 11227** aus dem XIV. Jahrhundert hinter Gordons „Lilium medicinae" Bl. 204^r.

> Incipit compendium de epidemia per collegium facultatis medicorum Parisius ordinatum. Vilis effectibus quorum causa latet et ingeniosissimos intellectus, meus humana in admirationem deducitur et . . . [Bl. 209^r] . . . qui est dominus benedictus de thesauris sue largitatis cuncta felicitans. Explicit compendium de epidemia Parisius compilatum anno M^0.ccc^0.xlviij^0 mense octobris.

Frühe Handschriften finden sich in Erfurt. Im ***Quartcodex Nr. 193*** der Amploniana, etwa 1362 abgeschrieben, *Bl. 86^r—90^v*:

> Tract. de epydimia Paris (a. 1345 vagante). Visis effectibus, quorum causa latet . . . [explicit:] cuiuslibet spiritus et membrorum spiritualium. Expl. tract. de epydimia.

[1]) Wie das alles kurz schon 1909 im II. Bande dieses Archivs S. 379, Anm. 2 dargelegt ist. Auch auf den späteren vollständigen Druck bei H. Emile Rébouis, Étude historique et critique Paris 1888, mit Benutzung einer anderen Handschrift, ist schon damals hingewiesen. R. Hoeniger, Der schw. Tod, 1882, gibt S. 152 bis 156 einen Abdruck der Einleitung und der drei Kapitel der Summa prima nach der Erfurter Quarthdschr. 194.

Im ***Cod. Amplon. Quarto Nr. 194,*** Bl. 65—67.

Tractatus de epidimia (a. 1349 a facultate medica Parisiensi editus). Visis effectibus . . . operi imponentes, cuius compilacionem felicitare . . . cuncta felicitans. Expl. tract. de epydimia sive compendium per magistros de collegio facultatis medicorum Parisiensis ordinatum. A. D. 1349 6^0 die Octobris.
Anno milleno quater X, C ter atque noveno
gens ruit Hebraica, gens cursitat acephalita. cruce broyder.

Von Hoeniger benutzt.

Im ***Cod. Amplon. Quarto Nr. 217*** zu Erfurt aus der Mitte des 14. Jahrh., Bl. 1^r—9^r.

⟨V⟩Isis efectibus, quorum causa latet et ingemiscens intellectus humanus in ammiracionem et cum ei insit apprehensionis boni vtriusque innata cupiditas. Nam omnia bonum appetunt . . . Cetera uero que circa curam actualis morbi contingere possunt, industrie relinquimus particulariter operantis medicorum, finem huic operi inponentes, cuius conpilacionem felicitare dignetur ille, qui est deus benedictus de thesauris sue largitatis cuncta felicitans Amen. Explicit Compendium de Epydimia Parisius compilatum Anno domini 1348 in fine mensis octobris etc.

Im Münchener ***Cod. lat. 8151,*** Bl. 106—108 (im Jahre 1437 geschrieben).

„Declaratio collegii facultatis medicorum Parisiensium de pestilentia ab anno 1345 grassante" (nicht vollständig). Ob im *cod. lat. 23847* (aus dem Jahr 1473) der „Modicus tract. doctorum de pestilentia" hierher gehört, habe ich noch nicht untersucht.

Im ***Cod. med. 4^0 Nr. 10*** der Stadtbibliothek zu Lübeck steht auf *Bl. 181^r—187^r* folgendes ℞.

Incipit Compendium epydimie per collegium facultatis medicorum Parysius ordinatum. Incipit prologus etc. Visis effectibus quorum causa latet eciam ingeniosissimos . . . conpilacionem feliciter dignetur ille, qui est deus benedictus de thesauris sue largitatis cuncta felicitans etc. Amen. Explicit compendium Epidimie Parysius compilatum Anno domini M^{0}ccc^{0}xlviij mense octobris, deo gracias etc.

Jedenfalls ist zu nennen der Londoner ***Codex Harleianus 3059,*** Bl. 66^r—68^v und der ***Cod. 277*** auf der Stadtbibliothek in Metz:

Compendium de epidemia compilatum Parisius per magistros facultatis medicorum ad instanciam et mandatum illustrissimi principis et domini . . . Philippi Francorum regis anno MCCCxlv.

Ferner der ***Cod. Helmst. 784*** zu Wolfenbüttel, Bl. 215^r—221^r noch aus dem XIV. Jahrhundert.

⟨V⟩Isis affectibus quorum causa latet . . . felicitare dignetur ille, qui est deus benedictus de thesauris sue largitatis cuncta

felicitans. Amen. Explicit tractatus de epidimia et de remediis preseruatiuis.

Auch in Halberstadt im ***Ms. 22*** der Domgymnasialbibliothek trifft man auf den Pariser Pestratschlag auf Bl. 108ff., desgleichen im Würzburger ***Cod. M. p. m. f. 6*** aus dem 14. Saec. auf Bl. 61—64.

Tractatus de pestilentia et causis eius et remediis, editus Parisius, MCCCXLVIII.

In französischer Übersetzung trifft man darauf im *Ms.* ***Fond français Nr. 12233*** (XIV. Jahrh.), Bl. 135—144, zu Paris auf der Nationalbibliothek: Traictie que les maistres de medicines et les astronomiens de Paris firent de la pestilence que fisique appelle epydimie en l'an de l'incarnation de nostre seigneur MCCCXLVIII, aux mandement du tres noble et tres poissant prince roi de France, pour cause de la royaume. Veus et consideres les effets merveilleur desquels la sause est tapie . . . Das Gleiche, wie PANSIER berichtet, in Metz *Ms. Nr. 614*, in Lille *Ms. Nr. 624*, beide aus dem 15. Jahrhundert.

Auch in der kleinen oft von uns zitierten Pesthandschrift[1]) findet sich ein großes Stück der Pariser Pestausarbeitung von 1348, die, wie wir oft weiter oben gesehen haben, in ihrer sideralen Beeinflussung auf das Jahr 1345 zurückgeleitet wird, aber im Juni 1348 in Paris ausbrach. In der Handschrift kleinen Formates steht das letzte, kurative Stück des Pariser Pesttraktates auf Bl. 115r—120v gegen die Mitte des 15. Jahrhunderts abgeschrieben wie folgt:

Nota alium tractatum de pestilencia.

Corpora sicca habentes seu desiccata a superfluitatibus munda bono vtentes regimine eciam curacione non idigent, sed preseruacione solum pro debito regimine in aliis rebus non naturalibus, quia ex summa prima patet manifeste. Corpora vero humiditatibus repleta cuiusmodi sunt istis temporibus plurima corporum, cito euacuentur. Item si appareat aliqua mocio sanguinis, minucioni absque mora insistendum est et qui semel flebothomari consueuit, bis faciat, si virtus tollerare poterit; fiat autem ista minucio de epatica uel mediana iuxta hominum consuetudinis [!] et consilium suorum medicorum. Preterea consulimus quod isti plebei et agricularum, qui delicate non viuunt, flebothomari non obmittant. Corpora uero malis humoribus aliis a sanguine plena, medicinis eciam illis humoribus apropriatis purgentur, quod industrie medicorum particulariter operancium relinquantur, cum non possit natura medicina omnibus purgandis corporibus apropriata componi, prima tamen preparacio cum syrupis diureticis acetosis oppilatiuo appretatiuis [?] cum zukara uel melle rosato clarificato, quia cum aliquibus confecciones cum melle prohibuerunt, diximus quod intellexatis per illas que per uiam cibi administrantur. In istis cum [Bl. 115r] temporibus cordialibus basim confortantes nullatenus obmittantur, quia in tali pestilencia in emunctorijs consueuerunt oriri apostemata perniciosa propter conuersionem simul eorum ad substanciam venenosam que cor petit [?] membrorum et adducit qualitatem malam ad cor, ideo succurritur eis, quando incipiunt apparere cum euacuacione cum flebothomia de brachio vno uel duobus, si appareant appostemata supra dyafragma et in sophenis, si appareant sub dyafragma, et forsitan bonum esset apponere uentosam supra locum apostemosum, ne materia ad intra trahatur aut properet medicus purgare cum

---

[1]) Vgl. dies Archiv Bd. XVI, S. 46—67 u. öfters.

medicina propediente humorem putrefactum. Deinde intendere oportet ad confortacionem cordis epidimialibus ad extra et cum sirupis et alijs medicaminibus ad intra, cum quibus omnibus fit infrigidacio et odoramentum, sicut sunt acetositas citri et roob pomorum et citiinorum et granata acetosa et rosa, camphora, sandali et similia. Et sic in primo capitulo sufficit.

Secundum Capitulum de remediis appropriatis. Medicinarum presentis epidimie in regimine preseruatiuo apropriato, que cadunt in genus ciborum et medicinarum; simul sint acetum, allium et lac acetosum, accedula et alia similia. Quedam vero in genus medicinarum tantum ingrediuntur sicut bolus armenicus, terra sigilata, agoricus, agresta, tyriaca et similia et inter illas primitus est dicendum de aceto. Aceto in cibo et potu vti in tempore pestilencie [Bl. 176^{r}] est nocumenti ipsius securacio. In omni igitur comestione tempore epidimie aceto est vtendum, non solum via cibi sed eciam uia medicine; vtraque enim qualitate huiusmodi corrumpcioni resistunt, vnde aliqui uolunt, quod panis cum modico aceto comedatur, proficit enim in mane sumere bolum panis assi in aceto intincto uel in aqua et aceto, quonciam autem acetum ipsi stomacho nocumentum infert, quandoque corrigatur ipsius malicia cum cynamomo uel cum aqua masticis, quod ipsius reprimit maliciam, ipsum stomachum confortando. Sed quia in membris pedoralibus [!] infert detrimentum, idcirco tragagantum penidij uel zukera rosacea et huiusmodi lenitiua post ipsam exhibeantur uel sit acetum pessulatum. Habentes eciam pectus debile uel stomachum ipso minus utantur, si eciam in ea radices apaueris [?] condiantur in via medicine, specialiter erit iuuamentum, et non solum acetum vini est iuuamentum et acetum granati et aqua linitium [?] et similia. Ampl⟨i⟩us est considerandum, quod vtentes grossis cibarijs et iuxta malas aquas habitantes fortes et robusti, qui vinum paucum bibunt, quandoque alleis vti possunt similiter in hyeme, quoniam calefaciunt humores frigidos et incidunt, grossos remouent et aquarum maliciam et membra intrinseca mundificant et sunt tyriaca ad omne genus veneni. Caueant tamen ab eis habentes capud debile et delicate uiuentes, qui ut plurimum corporalia sustinent [Bl. 116^{v}], incomodum, quia alleum omnem egritudinem commouet ad quam corpus est paratum. Ampl⟨i⟩us lac acetosum pluribus convenit, specialiter in regimine curatiuo et in estate. Est enim frigide et sicce complexionis, de quo dixit Auicenna, quod cepa minutim incisa et per noctem in ea infusa et de mane comesta lacte corbido maliciam remouet venenorum. Amplius acetosa confert apostematibus pestilencie que subito interficiunt et vareolus atque morbillis, sed tunc modum exhibicionis in regimine preseruatiuo. De remedijs autem preseruatiuis que solum in genus medicinarum ingrediuntur, quedam sunt simplicia quedam composita; de simplicibus vero primo est dicendum et primo de bolo siue luto armeno. Experimenta enim habemus quod conferat mirabiliter epidimie et plures quidem sanati sunt a pestilencia magna propter consuetudinem bibendi ipsum cum vino subtili et nunquam est visum aliquis utens ipso asidue, qui non liberatur ab epidimia auxilio dei et pena eius, et si bibatur, cum febre actuali pestilenciali cum iulex [?] uel pthisana et aceto uel cum vino subtili et aqua rosacea in mane exhibeatur et perducat eam ad cor, et sic dosis eius scrupulus est vnus uel dragma semis ad plus item [?] vna vncia vini Otipus [?] terra [Bl. 117^{r}] sigillata in aere pestilenciali magnum prestat iuuamentum. Huius enim virtutem mirabilem letificandi et confortandi cor tuum tyriacitate manifesta, propter quod iaculis obuiat venenis siue ante venenum siue post venenum assumptum, naturam enim sustinet et confortat ad ipsum expellendum. Videtur eciam quod insit ei proprietas illuminandi spiritus et reparandi. Medicine vero laxatiue, quibus debent corpora laxari uel purgari, non careant agarico; est enim medicina famaliaris [!] mundificans ab humoribus grossis omnia membra interiora; habet enim proprietatem tyriacalem cum virtute confortandi cor et letificandi. Inter eciam medicinas cardinales et ipse smaraldus et signis tyriaca contra omne venenum. De compositis enim medicinis ad hanc intencionem est tyriaca magna post decem annos confecta, de qua a quindena in quindenam uel mense semel dragma vna uel circiter cum duabus vncijs vini boni odori-

feri purgacione vniuersali primus facta exhibeat, post cuius exhibicionem non antecipatur cibus nisi prius celebrata fuerint in omnibus membris digestio, quod completur in spacione horarum. Multum enim resistit putrefaccioni in tempore epidimiali, in egris vero cum aqua buglosse ministrari debet, item eciam de metridato est dicendum [Bl. 117v]. Electuarium enim dyanthos valens contra tumorosos tristes furiosos debilium spirituum cardiacis sincopisantibus conualescentibus subveniens reliquias humorum nociuorum et cibi corrupti venenosi potentis expellens a peste epidimiali et aere venenoso nec non et a febribus corupcionis preseruat. Approbantur eciam in plurimum pillule de aloe, mirra et croco. Dixerunt enim quidam antiquorum, quod nunquam viderunt aliquem vtentem hac medicina qui non preseruaretur et liberaretur ab epidimia, et nunquam fuit inventa sibi compar medicina nec tam laudabilis et experta, et sit earum dosis scrupuli, quo uel circiter dragmam vnam et cum vino recipiatur sero [statt „semel“] uel ter in septimana, ipsarum vero recepta in sequenti capitulo cum aliis antidotis describetur, amplius syrupi acetosi accetositate citri et malorum granatorum acetosorum plurimum convenit in febre pestilenciali et presertim in estate venosa. Preterea summum studium adhibeatur in confortacione cordis et membrorum principalium, in quibus est minera [?] virtutum, specialiter cum cordialibus medicinis que venéno resistunt, et odorant aliqua, in quibus sit aromaticas et confortacio [Bl. 118r]. Preseruari igitur volentes odorent in estate aromata frigida et rosa, sandali, nenifer [!], acetum rosaceum, cortices de camphora, cum quibus eciam cor epydimietur, in hyeme vero aromatica calida, ut lignum aloes, ambra, gallina [!] muscata. Pomum ambre artificialiter confectum et similia utantur electuario cordiali et trotillis, quorum omnium descriptiones in sequenti apparebunt. Habeant nobiles et potentes vestes scarlatas et secretas et camisie eorum cum aromatibus seruentur. Amplius agentes inter aerem nebulosum et fetidum quanto minus poterunt de aere attrahant meatusque aeris quanto plus poterint opilent, poma eciam odorifera artificialiter composita continue secum deferent, sine quibus nec medicus ad infirmos suspectos huiusmodi pestilenciali morbo accedere presumat nullo modo. Est eciam summo opere presumendum, ut sani ab omnibus egritudinibus malum odorem habentibus eligentur. Sunt enim huiusmodi morbi contagiosi ex atractione aeris corrupti et venosi, ab infirmis respirati inficiuntur omnes assistentes et exinde est, quod moriuntur omnes ut in plurimum in eodem domo et maxime illi qui sunt de genere infirmorum uel qui sunt ei affines, tales enim magis assistunt; fugiant ergo ab eis quia ex hoc plures mortis periculum incurrunt, et in hoc finem inponimus de remediis particularibus et appropriatis.

Capitulum tercium et ultimum, quod est de antidotis.

Antiditorum describendorum quedam in modum pillularum, quedam in modum trociscorum formantur [Bl. 118v], alia vero in modum pomorum et electuariorum conficiuntur. Desccripio pillularum ab antiquis appropriatarum in preseruacione ab epidimia ℞ aloe cicotrini vnciam vnam, mirre, croci orientalis ana vncia semis, conficiantur cum succo mellisse, buglosse uel acetose prout tamen addi uel minui recepta propter complexionem hominum eciam naturarum diuersitatem, quod sanacione particulariter operantis relinquatur. Descripcio trociscorum aerem rectificancium, si in ignem mittantur. ℞ bedellium clari, seminis nausturcij albi, storacis, calamithe, blacte bysancie assati, thuris, ligni aloes mundi ana dragma j, camphore vnciam semis, aliden muscati dragmam semis et cum aqua rosacea conficiantur et fiant trocisci ad quantitatem auellane, de quibus vnum uel duo in ignem mittantur. Descripcio trociscorum de camphora, qui per os possunt assumi: ℞ foliorum rosarum rubearum ℥ semis, spondij [!] ℥ ij, sandali citrini ℥ ij et ℈ semis, croci ℥ j, liquericij ℥ ij, ligni aloes, ardamomi [!], amidi, camphore ana ℈ ij, zuckere albe, therenalim [!] ana ℥iij, conficiautur missilagine persilium [statt muscilagine psillii] et aqua rosata. Aliquando trocisci poros assumendi ℞ cinamomi, garioffilorum, spice nardi, ligni aloes, masticis,

gallie muscate, cardamomi maioris, corticis citrini omnium ana vnius aurei mundi, musci grana 10 [Bl. 119r]. Ex onnibus cum vino redolente conspersis fiant trocisce. Ista recepta addantur pro iuuenibus et clericis aliqua frigida confortancia sicut sandali albi et rubei et muscatellini cum aliquibus seminibus frigidis et collantnr tamen calida. Alii ergo trocisci pro febricitantibus ℞ seminis citrillorum, cucumeri, endiuie, lactuce, portulace et rosarum, sandali albi, tantum ana partes. Camphore pondus trium granorum, ordei pars vna scrupuli semis predictorum et fiant trocisci cum succo malorum granatorum ter uel quater in septimana uel plus uel minus secundum quod uidetur medico expedire et ministretur in mane. Descripcio pomi ambre: pro rege aut regina fiat de ambra sola pura et optima, ipsa enim habet vehementem proprietatem letificandi et confortandi simul et est ad hoc pocior siue potentior propter fortitudinem sue aromacitatis et ideo confortatiuum est substancia cuiuslibet spiritus et membrorum principalium et multiplicatam ipsius. Quia cum ambra pura esset nimis cara ideo potest componi ad pomum minus carum et satis conveniens. Alia descripcio pomi ambre: ℞ labdani purissimi ℥ij, storacis, calamiti, gummi arabici, mirre, thuris albi ana ℥iij, rosarum rubearum electarum ℥j, sandali muscatellini ℥ij, muscis muscate, gariofilorum, macis ana ʒ semis, boen albi et rubei, plactee bisancie, carabe, calami aromacici, seminis basiliconis, [Bl. 119v] maiorane, satureije, mentesicae [menthae siccae], radicis gariofilate ana ℥ semis, spice nardi ℈j, ambre grisie ℥j, musci ℈ semis, camphore ℈ semis, oley narde, oley muscatellini ana quod sufficit et adde modicum albe cere. Item aliam descriptionem ℞ confectiones allippte muscate, gallie muscate ana ℥j, pulueris olibani, mente sicce, calami aromatici ana ℥j, gariofili, zedoare, asima rorane, satureye ana vnciam j uel semen musci ℈j, camphore pondus granorum quatuor, conficiantur cum oleys predictis et aqua rosacea et electuariis uel fiant solum ex confexcionibus [!] alipte muscate et gallie cum muscato. Item alia descripcio pomi odoriferi quod potest addorari [!] et valet in febre advrente sincopali et pestilenciali cuius promixcio est hic ℞ sanel, sandali rubei et albi ana partes equales et rosarum pro duas [!] scrupulum semis sandali muscatellini partes tres, camphore partem semis, boli armenici partes quatuor, omnia preter camforam terantur simul subtilissime et agitentur terendo cum aqua rosacea pro mixcionis camphore et sandali muscatellini j possunt tamen huic recepto addi aliqua calida et odorifera et de illis que posita sunt in descripcionibus prioribus pillulis que erant in latitudine sinplicis ad preseruandum. [Bl. 120r] Descripcio electuarii cordialis quod preseruat ab aere venenoso et a febribus et apostematibus pestilencialibus subito interficientibus cuius promixcio est: ℞ Cinamomi allapti ℥j ℈ semis ligni aloes mundi, foliorum anthos, cupebarum, biperis longi, zukere albe ana ℈ij, nucis muscate gariofilorum, gallange, begij vtriusque, semiti, cardamomi maioris ana ℥ semis, spice nardi, folii zedoari, croci orientis, semi⟨ni⟩s basiliconis, mellise, mente sicce ana ℈j, omnium margaritarum, jacinctarum, smaragdorum, ceralli rubei, carabe ana ℈ semis, rosarum rubearum electarum, omnium sandalorum, ossis de corde cerui, spodij, limature eboris ana vnciam semis, seminis acedule, quatuor frigidorum mundatorum, seminis sconiorum ana ℈j, serici tincti ℈j, ambre grisie ʒ semis, musci ʒj, camphore grana 6, pinearum mundatarum, phtisicorum [!], passularum enucleatarum ana ℥j ℈ semis, conserue citri minutim incissi ℥ij, zukare caphacie libra vna, conficiantur cum aqua rosacea et buglosse et capiatur tota massa cum folijs auri puri. Item promixcio electuarii cordialis ℞ puluerem dyarrodon abbatis confecti cum camphora ℥ij ecticini [!] gallicin, pulueris dyamargariten ana ℥j ℈ semis. Item puluis pliris cum musco pulueris dyanthos cum musco ana ℥j. Item pulueris dyadragantum, pulueris triasandali [Bl. 120v] ana ℥j ℈ semis fiat electuarium cum conseruis predictas et sucura caphanica et hec de antidotis in summa sufficiant. Cetara vero que circa curam actuali⟨s⟩ morbi contingere possunt, industrie relinquimus particulariter angencium [!] medicorum, finem huic operi inponentes cuius compilacio felicitare dignetur ille qui est deus benedictus de thesauro sue largitatis cuncta feliciter etc. Amen.

Der Text ist in ziemlich schlechter Verfassung, man erkennt aber sofort, daß das 2. und 3. Kapitel dieses „alius tractatus de pestilencia" identisch ist mit den gleichen Capita II et III des 2. Traktates der „Summa secunda", dessen, was Michon S. 37—45 der Thèse in 4^0 bzw. S. 58—70 des Sonderdrucks in Oktav[1]) bekannt gegeben hat.

Danach findet sich in seiner Publikation und in seiner handschriftlichen Vorlage bekanntlich die große Lücke, die unsere fragmentarische Wiedergabe des Pesttraktates wenigstens um ein Kapitel ergänzt, denn dessen erster Abschnitt „Corpora sicca habentes . . . sufficit" stellt das erste Kapitel des 2. Traktates der 2 Summa, bis auf Kleinigkeiten identisch mit Heckers Text, S. 232/233. Wir haben hier also eine vollständige Abschrift des therapeutischen Teils vom Pariser Pestkompendium in seinen drei Kapiteln.

Wir fügen auch den 1. Traktat der 2 Summa des Pariser Pesttraktates, der den vorbeugenden Behandlungsabschnitt überliefert, im Kleindruch hier an, indem wir den Kodex *217* Quarto (I) der Amploniana und den Helmstädter Kodex *784* (II) aus Wolfenbüttel als Vorlage benützen:

Summe ⟨vero I⟩ secunde erunt duo tractatus, secundum quod regimen preseruatiuum duobus completur intencionibus; prima est per dietam, que in ⟨debita I⟩ sex rerum non naturalium administracione consistit, secunda ⟨est I⟩ per medicinalia, que per fleubotomiam, purgaciones et alia antidota nobis innotescunt. Primus igitur tractatus erit de remedijs preseruatiuis per dietam iuxta sex rerum non naturalium debitam exhibicionem, cuius erunt quatuor capitula.

Capitulum primum tractatus primi summe secunde, quod est de preseruacione corporis humani ab huiusmodi epydimia per aeris eleccionem et eius rectificacionem oportet volentem ab huiusmodi epidimia preseruari, eligere aerem purum et clarum, prout erit magis possibile, nullis vaporibus corruptis permixtum, siccitati pertinentem, circa cuius eleccionem due cadunt consideraciones, una que[2]) de aeris eleccione penes locum habitabilem alia est de ipsius rectificacione penes sui substanciam et naturam. Quantum ad primam consideracionem Haly intendamus[3]) qui dicit: discedat habitans[4]) a loco, in quo ⟨huiusmodi II⟩ contingunt, si possibile est. Sin[5]) autem sit[6]) habitacio extra ventos, qui per eas transeunt putredines, ut in domibus pauce humiditatis, quas aer multus non pertransit, ex quo patet quod istis temporibus nebulosis et suspectis meliores sunt basse mansiones. Eligatur igitur domus que sit talis, distans a locis paludosis, lutosis et fetidis[7]) et aquis malis stantibus et fossatis, cuius fenestre aperte venti septentrionalis sint aperte. Dum tamen huiusmodi venti per loca putrida et infecta non transeant et fenestre meridionales opposite sint fermate nec ante solis ortum aperiantur, nisi prius[8]) igne facto. Sint ⟨igitur II⟩ eciam fenestre vitreate vel de tela cerata[9]), ut aer liber cameram non ingradiatur nisi septemtrionalis flauerit purus et clarus ut[10]) circa meridiem et aere per calorem solis depurato. Habitaciones vero in nemoribus minus consulimus, que si in eis fuerint, discoopertas nemore de parte septemtrionali ⟨et opertas a parte meridionali I⟩ magis quam altas[11]) approbamus. Quantum ⟨autem II⟩ ad rectificacionem aeris penes sui substanciam et naturam est considerandum, quod si aer non sit purus et clarus sed fetens et nebulosus eligatur habitacio in camera ⟨vt II⟩ et aeris malicia

[1]) Documents inédits sur la Grande Peste de 1348.
[2]) est I. [3]) quantum ad primum Haly consilio II.
[4]) decedant habitantes II. [5]) si II. [6]) si II. [7]) fetosis I.
[8]) non eciam primo I. [9]) cerate II. [10]) vel I. [11]) alias I.

corrigatur igne facto de lignis siccis et odoriferis. Ligna autem ad hoc magis valencia sunt de junipero, fraxino, vite et rore marino, quercu iuvene et spinis et presertim in hyeme, in qua fiunt[1]) subfumigaciones aerem rectificantes cum ligno aloes, ambra, musco quo ad divites et potentes, uel ⟨cum II⟩ costo, storace, calamita, olibano, maiorana, mastice, fisticis et tamarisco et similibus[2]). De istis enim simplicibus vel mixtis fiant ⟨in hyeme II⟩ subfumigaciones aerem rectificantes, que sint aromatice stiptice et iocunde non vehementer calide et inter ista ciperus[3]) et thamariscus; magis[4]) ratione stipticitatis rectificant aerem ad malas qulitates transmutatum. Possunt autem fieri trocisci ad fumigium faciendum quorum ultimo calido reponetur. Fiant eciam[5]) huiusmodi fumigaciones in solis ortu, occasu et[6]) media nocte, unde satis convenierter fieri possunt de olibano vel granis iuniperi. Asa eciam aerem putrefieri dicitur prohibere et removet fetorem aeris et eius corumpcionem, aeris dicitur ⟨etiam I⟩ malicia ignis removeri ex apposicione frusti coctane[7]) recentis super carbones accensi, si[8]) dimittatur quousque conburatur. In estate vero vel tempore calido aeris malicia cum frigidis corrigatur et camera vel locus habitacionis aqua rosata vel[9]) aceto vel aqua frigidissima cum aceto aspergatur; sternantur in ea frondes, folia et flores frigidi sicut herbe virentes, salices, rose, nenufar, folia vitis et similia et odorent aquam rosatam et[10]) acetum vel teneant ad nares spongiam infusam in aceto.

Capitulum secundum de exercicio et balneo.

De exercicio et balneo attendende sunt due consideraciones. Prima est de exercicio, unde non consueti exercicio isto tempore epidimiali nullatenus incipiant exercitari. Assueti vero, si aerem habeant clarum, minus solito sic exerceantur, quod eis[11]) necessitas attrahendi multum aerem non augeatur. Si autem ad exercicium aerem clarum non habeant sed diuersum et infectum, domum non exeant, sed per cameras et aulas[12]) se exerceant paulatiue.[13]) Si qui autem auctores omnino exercicium prohibeant de superfluo vel de regimine curatiuo et in actuali morbo pestilentiali sunt exponendi. Secunda consideracio circa balneum habet locum. Ipsum quidem credimus esse cavendum specialiter com aqua calida, quoniam corpus magis rarificat et humectat, quod si qui concedant et si de humido exponatur[14]) in multum assuetis rarius solito ⟨fiat I⟩ vel saltem uitandi sunt in[15]) corporibus repletis grossis humoribus et compactis quibus ante purgacionem solet balneum huiusmodi convenire ad humorem aliquem subtiliandum[16]), ut sint ad expulsionem magis apti.

Capitulum tercium de cibis et potibus.

Circa cibos et potus est considerandum quod necessarium est abstinere a superfluo cibo et potu et ab humidis, quoniam ducunt[17]) in epidimiam. Sint ergo cibi subtiles et[18]) facilis digestionis, boni sanguinis generatiui, cuiusmodi est panis de bono frumento bone messis, bene coctus, sufficienter fermentatus, unius diei vel duorum ad plus cum pauco furfure vel ordeo. Carnes sint annualis agni ⟨vituline I⟩ eduline, caprioline, cuniculi[19]) iuvenes, pulli galline, perdices, fasiani, starni, capones et consimiles, avicule etiam

---

[1]) alie (korrigiert aus „in aqua") fiant I. [2]) oleribus I.
[3]) cyprus II. [4]) maxime II. [5]) autem II.
[6]) eciam I. [7]) coccine I. [8]) accensos sic II.
[9]) et I. [10]) vel II. [11]) in eis II.
[12]) cameram et aulam II. [13]) paulatim II. [14]) concedant opinare II.
[15]) saltem intelligende se in corporibus II.
[16]) humores aliqualiter subtiliandos I. [17]) addunt I. [18]) id est II.
[19]) coniculi I.

parve, ut alaude, gamaliones[1]) et similes, omnes tamen assate magis quam elixate. Mutonine ⟨et non iuvenes I⟩ si elixari debeant, per[2]) unum diem presaliantur; elixate eciam huiusmodi carnes condiantur cum speciebus aromaticis, specialiter cum cynamomo et aceto omnes et salse cum speciebus laudabilibus condiantur, sicut sunt ⟨zinziberi I⟩ gariofoli, cubebe, cardamomum, nux muscata, galanga et specialiter crocus et cynamomum cum acedola[3]) agresta. In hyeme vero cum salsa forciori condiantur. Possunt eciam condiri carnes predicte cum galanturnis vel galantinis[4]) ex speciebus antedictis. Omnes autem alie carnes illo tempore euitentur, que si sint dure digestionis humores grossos uel melancolicos et fleumaticos generantes, sicut sunt bovine specialiter antique multum salse, vaccine, porcine, ceruine, caprine et omnes aves in aquis degentes; amplius omnes pisces bonum esset vitare et maxime bestiales et limosos, quia sunt cite putrefaccionis. Si tamen ipsis uti contingat[5]), sint pisces squamosi de aquis mundis dulcibus petrosis et currentibus.

De marinis[6]) vero sint rangeti[7]), solee, pleices[8]) et consimiles et assati comedantur ut plurimum cum salsis specierum predictarum cum aceto vel[9]) agresta. Potagia sint de iuribus carnium laudabilium cum speciebus aromaticis et cum aceto vel agresta artificialiter preparatis, semel tamen in ebdomada pisis et lentibus uti possunt; resistunt enim putrefaccionibus propter siccitatem complexionis eorum. Uti eciam possunt boraginibus, spinargiis, bletis nonnullis cum petrocellino et acedula et aliquando caulis bene decoctis et cum bonis carnibus preparatis, raro tamen et in parva quantitate, quia sanguinem generant aquosum et putrefaccioni preparatum. Ova eciam recencia cocta et comesta cum aceto et agresta multum[10]) sunt juvativa; lacticinia eciam bonum est evitare, nisi quod interdum caseus in fine comestionis potest recipi, in parva tamen quantitate. Lac eciam acetosum competit via medicine ut inferius annotatur, preterea fructus quasi omnes generaliter sunt evitandi, quia sanguis inde generatus faciliter obedit putrefaccioni, nisi sint acetosi et stiptici et tales sunt satis ⟨conuenientes tempore II⟩ pestilenciali et maxime in estate, sicut sunt mala granata, pomum citrinum[11]), citrangulus[12]), limones et his consimiles. In hyeme vero et autumpno pira, mespula[13]), barbetes, cornelie[14]), corne, coctana et similia conpetunt[15]). Ficus cum nucibus eo quod veneno resistunt. Debent tamen nuces excoriari[16]), ut cortex exterior removeatur[17]). Rursus nocivum est isto tempore mensam prolongare cum diversitate ferculorum nisi primo digesto. Circa potum est considerandum, quod isto tempore sitim tolerare est nocivum. Sit autem potus vinum subtile odoriferum bene maturum, clarum et alienum et ab omni malo sapore alienum, iuxta sumencium consuetudines et vini fortitudinem limphatum, hieme tamen minus quam estate; qui autem antiquorum vinum prohibeant, hoc est, vel quia apud eos non erat tantus usus vinj sicut nunc, vel vina habebant forciora, hoc est quia in regimine curativo et actuali egritudine pestilenciali proveniente magis a caliditate quam a putrefaccione loquebantur. Amplius autem qui in mane sunt equitare vel ite ragere tempore nebuloso[18]) et malo vel ad infirmos infectos vel per loca suspecta transire, bibant modicum vini odoriferi cum modico panis assi et si sit parum aceti, bonum erit vel cum aliquo fructu, convenienti ut pomo citri vel cum aliquo appropriato electuario cordiali, cuius descripcio inferius reponetur. Circa potum aque est considerandum quod

---

1) gameliones I. 2) ad II. 3) aceto vel II.
4) cum gelatinis vel egulatinis II. 5) convenit I.
6) De maximis II, 7) revge II. 8) pleyces I.
9) et II. 10) interdum I. 11) poma citri II.
12) ac trangulus II (am Rande „citrangulus“ gebessert).
13) I am Rande; est vna dictia. 14) comebe II.
15) concordunt II. 16) assari II. 17) ammoueatur I.
18) in die nebuloso[1]).

aqua debet eligi bene munda clara, de fonte mundo et claro ⟨non suspecto II⟩ super lapide currente uel fluuialis bene currens, cuius fundus sit bene mundus, non limosus nec cenosus sed petrosus. Que si talis non habeatur, sed timetur quod aliquam habeat maliciam, per decoccionem rectificetur. Ampre [?] non habentes vinum vel ipsum bibere non assueti, aquam mundam limpidam decoctam cum pauco aceto bibant uel tisanam ordeaceam.

Capitulum quartum de sompno et vigilia, inanicione et replecione et accidentibus anime.

Quantum natura sompno iuuetur bonum est perpendere. De nocte igitur[1]) conveniens ⟨est II⟩ dormire. Sompnus ⟨ergo II⟩ meridianus euitetur nisi quod illi, qui sunt assueti, aliquantulum dormire possunt post cibum acceptum longo intervallo. Nocivum enim ⟨est II⟩ consuetudinem ⟨solito I⟩ ad[2]) contrarium permutare. Replecio autem et inanicio superflue evitentur. Procuretur ante comestionem, quod feces cibi prioris ab intestinis expellantur et venter, ut erit possibile laxus teneatur cum iuribus carnium, pureta[3]) pisorum vel cicerum et interdum cum colatura de floribus cassie fistule et thamarinde et manna, si fuerint constipati. Si vero sint nimis repleti, evacuentur, sed quod in capitulo de medicaminibus plenius[4]); actus quoque venerei non sunt tempore epidimiali exercendi, nisi ab illis forsam quibus est permissum, si sint bone complexionis et habitudinis ⟨in semine multum habundantibus I⟩, quibus adhuc non competit nisi raro. De accidentibus vero anime est notandum, quod quia non numquam infirmitas corpus ex accidentibus anime contingere potest, iram caveant et tristiciam nimiamque sollicitudinem. Sint bone spei et fortis ymaginacionis, cum deo faciant pacem, quia inde mortem minus timebunt. In gaudio vero et leticia, quam plus poterunt, vivant et licet gaudium quandoque corpus humectet, spiritum[5]) tamen et cor confortant. Expletus est tractatus primus summe secunde.

Man sieht, es ist schon in diesem frühe ausgearbeiteten Peststück eine ausführliche Anweisung im Allgemeinen und Speziellen über gesundheitsgemäße Lebensführung gegeben. Ich mochte dies wichtige früheste französische Stück in dieser Pestschriftenreihe doch nicht völlig entbehren. Die beiden Abschnitte im Kleindruck mögen zu seiner Kennzeichnung genügen, für das ihnen Vorausgehende kann ich auf Hoeniger a. a. O. verweisen.

* * *

Wie weit verbreitet, bekannt, wirkungsvoll und autoritativ eingeschätzt diese Pestausarbeitung der Pariser Fakultät gewesen ist, dafür zum Schluß noch ein Beleg besonderer Art. In dem oben schon (und öfter) herangezogenen *Codex medicus in quarto No. 10* der Lübecker Stadbibliothek treffen wir auf Blatt 239r—245 auf eine akademische Übungsrede in Montpellier über Pest, welche sich ganz direkt an die Pariser Pestausarbeitung anlehnt. Beides ist

[1]) ergo II. [2]) in II. [3]) poreta I. [4]) lacius II diceratur.
[5]) spiritus II.

interessant: die Pest als akademisches Übungsthema und die Anlehnung selbst, für welche einen eingehenden Nachweis zu erbringen zu weitläufig wäre. Die Tatsache möge genügen und die Wiedergabe des Anfangs der ausführlichen Stilübung, der folgendermaßen lautet:

In nomine domini Amen. Honorabilis domine Tyderice, primo et principaliter quod leniatis jmo breui creatori vestro eciam ponendo testamentum, pauperibus aliquid si habetis distribuendo anime vestre ad salutem, secundo de pestilencia dicendum erit. Ad sciendum ergo, quid uobis dico, ut scribitur quinto theorice pantegni, est mutacio aeris in corrupcione et putredine propter egressionem a temperato in eius substancia et qualitate sicut in libro Auicenne: pestilencia est putrefaccio que accidit aeri similis putrefacioni aque fetide. Ex istis videtur quod non fiet pestilencia quando aer fuit fetidus et ista potest esse causa, licet plures esse possunt. Item sicud tempora anni mutantur [?] fieri sic et morbi diuersi in corporibus generantur vnde Ypocras tercio amphorismorum: mutaciones temporum maxime generant morbus et in temporibus magne mutacionis aut frigiditatis aut estus et alia secundum rationem sic. ¶ De signis dicetur quod quedam sumuntur ab ipso aere inficiente, quedam in ipsis corporibus infectis. Ab aere sumitur quando frigidus et humidus, obscurus, nebulosus, terrenus suffocatus fuit . . . usw.

25. Tractatus compositus Parisius anno octuagesimo tercio cum pestilencia regnabat quasi per universum mundum.

Ich kann auf S. 54/55 des V. Bandes dieses Archives hinweisen, wo über diesen wenig beachtenswerten Pestsplitter schon das Nötige gesagt ist.

264. Tractatus de epidemia editus a magistro Petro de Amonsis.

Im ***Codex lat. 11227*** aus dem XIV. Jahrhundert auf der Nationalbibliothek zu Paris trifft man hinter Bernhards von Gordon Lilium, den Pariser Pesttraktat (Bl. 204^{r}) und den „Quidam tractatus de epidemia compositus a quodam practico de Monte pessulano“ (Bl. 209^{r}) auf Bl. ccxij auf Folgendes „Incipit tractatus de epidemia editus a magistro de Amonsis.

Cunctis presentem cedulam videre volentibus Petrus de Amonsis . . . incipit alia brevissima doctrina de epidemia et eius causis et preservatione eiusdem. Sciatis carissimi . . . .

Leider bin ich der Sache weiland nicht weiter nachgegangen, möchte aber nicht versäumen, darauf hinzuweisen. Ob „Amonsis“ auf Amou in den Landes, arrond. de St. Sever zurückgeht oder auf Amognes, den „pagus Amoniensis“ in Nivernais, muß ich gleichfalls im Ungewissen lassen.

265. **Brevis tractatus contra pestem eines Magister Primus de Gorllicio, Parisius in artibus et medicina professor.**

Im ***Cod. IV. 339*** der weiland Königlichen Bibliothek zu Hannover trifft man auf ein „Regimen pestilenciale", wie es auf der ersten Seite am Rande vom Abschreiber bezeichnet wird, das nach Italien und Frankreich Beziehungen aufweist und doch vielleicht einen Deutschen als Verfasser hat, einen Magister Primus aus Görliz, wie die Schlußschrift wahrscheinlich macht. Es ist ein scholastisches Schriftstück, „via speculabili", wie es selbst sagt, die Dinge zu ergründen suchend. Die Bezeichnung „contracta" für Straße weist nach Italien, ebenso die Schlußbeziehung auf „regio Ceciliae", die doch wohl nur als Sizilien deutbar ist, wie denn auch deutlich italienische Worte in der Schlußunterschrift sich finden und im Texte selbst von „vulgari nostro Siculo" gesprochen wird. Dem gegenüber ist die Ortsbezeichnung am Ende „Parisius" (Parisiis) und „in hac urbe parisiensi", Zeile 215, ebenso unmißverständlich auf Frankreich zu beziehen.

Doch sehen wir uns zunächst das Schriftstück näher an. Es füllt in der genannten Handschrift Bl. 171^r—182^v und scheint in der 1. Hälfte des 15. Jahrhunderts wenig sorgfältig abgeschrieben zu sein. Es lautet:

Avicenna quarto canonis fen prima tractatu quarto de signis pestilenciarum futurarum dicit, quod multiplicantur forme ignee sperice et stelle radiantes in principio antumpni, qui indicant pestilenciam indicacione cause, id est quod inpressiones ignite sunt pestilenciarum cause et signa etc. Propter que dicta oritur questio multum spectabilis et profunda in tota ista materia terroris pestilencie, et est talis, vtrum talis disposicio aeris inficienda sit aliquarum qualitatum primarum. Respondetur quod dimissis argumentis hinc judicandum [?] secundum autores pro nunc, quod est quedam venenosa qualitas in aere causata, cum non sit aliqua qualitas primarum. Nam qui moritur in ista mortalitate, sicut visum est in alijs pestilencijs preteritis, moritur ut plurimum ut infra [?] tercium et quartum diem. Ac apparet in eo tantus calor accidentalis introductus, per quem ita breuiter debeat mori quasi animal et nunc visum est plures habere maiorem calorem et tamen viuebant diu post. Idem argumentum est de frigi⟨ditate⟩, humiditate et siccitate et ex signo probabili experiencie confirmatur. Nam ex cohabitacione cum talibus infirmis multi moriuntur, qui non infrigidantur nec calefiunt, ex cuius infrigidacione uel calefaccione posset dici, tales moriuntur. Similiter ex alio signo visum est aliis, quod multi alii [?] sunt similis disposicionis isti tempori

quantum ad primas qualitates, in quibus non fuit talis mortalitas. Relinquitur, quod sit disposicio venenosa quibus similiter declaratur, nam egritudines in quibus non est magna caliditas aut frigiditas aut replecio excessiua circa membrum nobile, sicut est in apoplexia, dicent doctores medicine accidens quod ex causa venenosa. Similiter declaratur, quod talis dispositio accidens sit venenosa ut patet [Bl. 171v] ex modo causandi pestilenciam. Dicit enim Auicenna quarto canonis fen secunda doctrina secunda summa prima capitulo nono, quod pestilencia dicitur, quando substancia aeris ad maliciam conuertitur non ideo, quod aliquarum suarum qualitatum valde forcior facta sit secundum argumentum et disposicionem [?] et subdit Avicenna, et est putrefaccio, que accidit aeri, similis putrefaccioni aque remolicionis fetide, unde iste aer infectus non est aer simplex, quia talis non putrefit, sed est aer mixtus ex malis vaporibus et fumus. Idem patet decimo canonis fen prima tractatu decimo etc. Diceret aliquis, de qua putrefaccione est intelligendum, cum dicitur aer mixtus putrefit, dico notando quod putrefaccio secundum naturales et medicos dicitur quatuor modis. Vno modo dicitur seu corrumpitur pro corrupcione forme substancialis etc., oportet grauatum et de tali putrefaccione non intelligitur in proposito. alio modo causatur pro corrupcione rei [?] quantum ad virtutem, sicut dicimus quod humor est putridus uel corruptus, quando non habet virtutem nutriendi membra, et de tali similiter non intelligitur in proposito nostro. alio modo corpore pro ebulicione quadam et humorum permutacione sicut nos dicimus quod febris causatur de putredine humorum. Et de ista nichil in proposito. Quarto modo corrumpitur pro commixtione alicujus fumi uel vaporis putridi cum aliquo corpore simplici et isto modo putrefit aer et sic intelligitur in proposito. Sed bene video, quod temere istam materiam vniuersalem [?] scilicet quod non sit aliquarum primarum qualitatum, sed quia qualitas venenosa etc est maxime difficultatis ad sustinendum, cum maxima controuersionatur in hijs dictis vniuersalibus [?] a concordandum cum alijs dictis precedentibus quam controuersam taceo pro presenti gracia breuitatis, quia non esset tractatum componere sed magnas questiones et profundas dilatare et discutere sed vnde reputabo solertia intellectus doctarum cum per [Bl. 172r] talem controuersijam pulsabit et aperiet, cum qua purisante materia disputacionis aperiatur os meum, dicta mea lucide demonstrando et sustinendo. prosequor ergo ad materiam tractatus propter predicta documenta et propter interrogaciones que solent fieri isto tempore pestilencie ex ammiracione stupendorum effectuum in tali tempore occurrencium, puta inquiri aliqua curiosa probleumata, primo propter quid in tali epidimia seu pestilencia plus moriuntur homines et minus quam uel animalia cuiuscunque alterius speciei. Respondetur nam ex quo aer pestilencialis habet corrumpere humores et spiritus homi-

num ad humores et spiritus aliorum animalium brutorum sunt subtiliores et clariores propter quam causam magis parati ad recipiendum predictam infeccionem aeris. Humores et spiritus brutorum magis resistunt propter cansam contrariam et ideo a forciori, si bruta deficiant in tali pestilencia multo forcius et homines propter causam predictam et sic in numero plures. Aliter potest responderi, quia aliquid potest esse venenum indiuiduis vnius speciei et non alijs, sicut dicitur quod napellum est venenum hominum et est cibus turdis, et sic potest dici in proposito, quod talis aer infectus est venenum hominibus et non alijs animalibus, quemadmodum dicimus quare piscis non potest viuere in aere, quia subtilitas aeris est sibi contraria et non proporcionata uite sue nec complexioni, sed corpus aque est sibi proporcionatum ad viuendum. Oppositum est de nobis, quia in aere possumus viuere, in aqua non, et posito quod talis aer infectus esset venenum alijs animalibus sicut et hominibus, non propter hoc disceret, quin plures morirentur homines quam cetera bruta propter causam supradictam, quia homines sunt maioris possibilitatis per comparacionem ad humores et spiritus. Et ideo concludo quod ista materia probleumatis et pro simili vnum dictum approbatissimum et est tale verum proporcionalitates inter virtutes agentes [Bl. 172^{v}] et pacientes, ex eis sunt que oportet considerari, quod dictum aperiet, portam intellectus circa materiam presentis probleumatis et naturam napelli commesti per turdos.

Secundum probleuma est istud, propter quod incarcerati minus moriuntur isto tempore mortalitatis quam liberi. Respondetur quia non possunt attingi et infici ab aere corrupto sicut et non carcerati et similiter quia elongati sunt a conuersacione hominum infectorum, qui raro visitantur ab exterius; ad hoc facit quod dicit Ypocras de dominabus in libro et quod minus incarcerantur, quia stabant in domibus.

Tercium est quod iudei minus moriuntur quam christiani. Respondetur quo proprio victu christianorum[1]) non se exponunt aeri mane nec sero nec ita sepe proambulant ad aerem exteriorem, qui est peyor in tempore pestilenciali, quando stelle habent malas influencias, posset dici, quod iudei sunt saturnini, cuius planete compleccio est frigida et sicca, opposita morbo pestilenciali, et sic plus resistere et minus a tali aere infecto passibiles et sic iudei minus moriuntur.

Quartum est propter quod ista pestilencia plus regnat versus aquilonem[2]) quam versus aliam partem. Respondetur quod malicia constellacionis plus aspicit et aspexit illam partem secundum doctrinam astrologorum. Nam dicunt astrologi, quod sig-

---

[1]) Wohl statt „judeorum".

Es stand zuerst „occidentem" da; es ist dafür „Aoem" gesetzt.

num piscium[1], quo fuit coniunctio jouis et saturni est aquiloniale[2], que coniunctio fuit anno domini M°cccc°lxiiij°[3] [1464] mense marcij secundum prefatos astrologos famosos.

Quintum est propter quod ita cito uel cicius moriuntur in montibus, ubi est bonus aer sicut et in conuallibus. Respondetur, quia vapores subtiles igniti venenosi quandoque plus habundant magis in montibus et sic cicius proueniunt ad cor, qui tales habitantes in montibus cicius moriuntur.

Sextum est propter quod fabri moriuntur minus quam alij. Respondetur quia comuniter stant ad ignem qui purificat [Bl. 173^{r}] aerem[4] et sic attrahunt inspirando et respirando aerem bene dispositum et non infectum mala infeccione.

Vltimo pro nunc potest inquiri, propter quod talis aer venenosus attingit vnum hospicium et omnes moriuntur et non aliud hospicium et sic diuites in eadem habitacione et de nullis propinquis et de diuersis partibus in eadem regione, quod aliqui moriuntur et aliqui non, ita quod vna domus erit preseruata et vna terra et vna alia contracta [?] de tali pestilencia, quod est hoc propter istam mirabilem et stupendam inquisicionem, que fundata est in experiencia facti, multi sapientes causam istius terroris pestilencie nescierunt attribuere nisi soli deo, tamen causari inmediate a constellacione siue a celo mediante vapore corrupto probabile est, sicut causatur radius a sole, et ista videtur esse astrologorum intencio, qui dicunt vnam planetam esse beniuolum et alium maliuolum, sed puri medici hoc non considerant. Sed ne hijs verbis diffugere videar, respondeo ad quesitum problewma et dico primo, quod quis intelligentis [?] bene solucionem primi problewmatis faciliter potest responderi ad istud vltimum, taliter respondetur, quod sine dubio nulla epidimia nullo modo homines inficit sed solum paratos ad talem egritudinem epidimialem. nam quidam habent conpleccionem contrariam conpleccioni epidimie et illi tales juuantur ab ea, ideo dicitur secundo megategni quod pestilencia corpora desiccat et propter hoc confert vulneribus pulmonis, quia illa desiccat, et sunt quidam, qui habent corpora mundificata et vtuntur bono regimine et illi tales non succumbunt in epidimia, quamquam aer infectus pervenit ad cor istorum, quia spiritus et sangwis ibidem resistunt et sic non introducitur effectus et ideo propter istud dictum plus paciuntur a tali infeccione aeris mediante [Bl. 173^{v}] influencia superiorum causata repletj humoribus ceteris non repletis, prout superius fuit notatum. Similiter ex hoc mulieres magis moriantur ceteris hominibus, quia sunt magis replete sue debilitatis virtutis non potentis consumere superfluitates naturales.

---

1) Es stand „aquarij“ da, das ausgestrichen ist und „piscis“ übergesetzt.

2) Es stand zuerst „occidentale“ da.

3) Es stand zuerst xlv, also 1445, statt 1464 da.

4) Es stand zuerst „aciem“ da.

Similiter pauperes plus moriuntur, vtuntur malis cibis, et plus in terris, in quibus sterilitas et fames reperitur et similiter coytum[1]) plus quam non coytum, item senes et pueri plus ceteris et ideo hijs dictis clare intellectus patet responsio ad problewmata quo ad tres suas inquisiciones. Et addendo quod aliquando aer vnius terre sua totalitate non erit infectus ab aliqua constellacione, sed recedent aliqui infecti parati ad mortem uel non parati a loco infecto et permanentes in loco adhuc non infecto ab influencia, tales habebunt illos illius loci inficere, et sic ibi causabitur mortalitas. Et sic in locis, in quibus incipit mortalitas, aliquis erit infectus et intrabit vnum hospicium et aeıem illius hospicij inficit et omnes ibi habitantes et sic omnes moriuntur, si reperiuntur parati ad succumbendum a tali infeccione, uel quia erant parati secundum omnes uel plures causas disponentes ad talem infeccionem qua sequebatur mors, alij non de alio hospicio et de alio uiro et de alia terra et contracta parati ad contrarium se reperiunt, scilicet ut non sequitur mors in eum a tali infeccione, nisi quia influencia debilitatis alterauit aerem [Bl. 174r] ad corrupcionem, que corrupcio non est sufficiens ad causandam mortem, uel est diuersitas passatis [?] ad resistendum, ut dictum est, uel ultimatis potest dici magis astroloyce respondendo probabitur et cum correccione astrologorum magnorum. Quod si ex natiuitate alicuius conuincitur, quod talis morietur mala morte; et sic discurrendo de diuersis effectibus et de hoc dicunt astrologi, quod hoc habet esse virtute constellacionum, que concurrerunt in natiuitatibus eorum, ideo non video causam, quare probabitur in proposito, non valeam sic respondere ad materiam prefati problewmatis, quod qui moriantur multi pestilencia, in eorum natiuitatibus concurrerunt constellaciones, que habuerunt raciones iudicatas de egritudine pestilenciali, et qui non moriuntur, habuerunt oppositas constellaciones.

Hec sufficiant pro presenti via speculabili, licet multa speculabilia possent notari circa istam materiam tam astroloyce quam philosophice, sed quia inpeditus in regimine transferencium mare deo dante, non valeo pro presenti multa circa hanc materiam calamum fatigare. Accedo igitur pro consolacione omnium terrorem habitancium de hac fugibili mortalitate salubria medicamina notare in scriptis, altissimo cooperante in finem prosperum iuxta vota exclamancium.

Cum in bono regimine tam curatiuo quam preseruatiuo sic accedenda bona administracio sex rerum, que a medicis res non naturales dicuntur et in quibus consistit conseruacio vite et sanitatis, que sex sunt: cibus, aer et potus sompnus et vigilia, motus et quies, inanicio et replecio et accidencia anime, quarum

[1]) Übergesetzt von anderer Hand „coeuntis" ohne das darunter stehende „coytum" auszustreichen.

rerum [Bl. 174^{v}] administracio variari debet secundum varietatem temporum et compleccionem, sed de singulis conpleccionibus et temporibus prosequi non intendo nec variare talem administracionem rerum secundum varietatem temporum et conpleccionem, licet valde modicum, sed solum habendo respectum ad pestilenciam presentem, a qua libenter nos deus, qui solus sanat langwores, quarum vero positu me ad istam conplectionem fuit gradus incitatiuus preuisionis, ut quilibet nostrum [?] cum auro, thure et mirra velocius talem inimiciam mortalitatis fugare usque in regionem suam via medicaminum sit in peccia[1]) nostra intenderet a corruptibilibus corporibus nostris separet, cum signa aliqua sui exercitus iam apparea⟨n⟩t de presenti in hac urbe parisisiensi.[2]) Et ideo primo incipiamus ab armis nostris defensiuis contra talem terrorem, ne amplius summus [?] exercitus valeat nos invadere, sed eum viriliter cum bono regimine retrocedere posse valeamus. Prima arma sunt, ut primo loquamur de ipso aere, quem velimus nolumus attrahamus pro conseruatione vite. Et dico quod non est bonum in tempore talis pestilencie aerem extrinsecum frequentare, quia est infectus, sed est bonum in domibus subterraneis et cauernosis [?] locis habitare secundum quod recitat Ypocras tercia [?] particula epidimiarum ad confirmacionem istius dictus, quod multi viri et multe ancille in quadam epidimia fuerunt mortui et mortue, quia exponebant se aeri extrinseco infecto, quem attrahentes moriebantur, non sic domine quasi in domibus stabant, ut commentator ibidem dicit, tum quia necessarium est ad aerem extrinsecum exire propter agibilia [?] humani status expertetur tempus serenum et quod [Bl. 175^{r}] sol sit eleuatus super emisperium et aer purificatus, nec est bonum mane nec sero exire domos austero flante; boreas flante melius est, et ideo cautela remediabilis est pro exitu domus quis in exercicio negociorum suorum exibit ad aerem extrinsecum, ferat aliquod odoriferum in manu et ponat ad os et nares et diuersificanda sunt talia odoriferia [?] secundum diuersitatem temporum secundum commentatorem octava particula epidimiarum: nam durante pestilencia temporibus calidis expedit odorare mirram, rosas, folia vitis et salicis et similiter pro pauperibus intingatur spongia in aqua rosacea et aceto et teneatur circa orificium. Pro diuitibus sit pecia de scarleto de predictis intincta, in frigidis temporibus de bono olibano, maiorana, floribus camomille, ruta, que res ligentur in tenui panno lineo et tenere ad nasum et ultimate, quantum adhuc potest fieri, tale odoriferum in forma cum forma poni, cuius recepta talis est: Accipe lapdani ʒ i, storacis, calamite, olibani, mirre ana ʒ i, sandalorum, ligni aloes ana ʒ iij, rosarum ru⟨bearum⟩, florum camomille, maiorane ana ʒ i, musci

---

1) Es stand „si proposita“ da, was in „sit in peccia“ geändert ist.

2) Später ausgestrichen und „∧osi“ (aquosi?) dafür gesetzt.

ʒ semis, florum cinamomi, gariofilorum, masticis, se. ozimi, gariofilate, mente sicce ana ʒ j, omnia debite terentur et incorporentur cum aqua rosarum et modicum glutini draganti et olei amigdalarum dulcium et fiat pomum odoriferum et addetur modicum de terbentina, esset utile, prout dicit Auerroys, eo quod ipsam proprietatem habet contra casum epidimie.

Cautela alia de ipso aere. Nam aer externus in domo debet alterari bono igne potissime mane et sero cum siccis lignis, cum rore marino, sauina, lauro, sarmentis et huiusmodi et proiciatur sal grossum in igne, et ista cautela [Bl 175v] habet respectum ad tempora frigida et humida, quodquod in tempore feris [!] et autumpni non erit, ubi vtile similiter mane et sero, in estate uero de mane ante ortum solis usque ad ortum erit similiter vtile et in temporibus calidis aer domus debet alterari cum aqua rosacea cum sepertito aceto, sandalis, salicibus. Cautela alia de ipso aere, que nominatur sub modo fumigij, quod temperat frigido, fiat fumigium cum olibano porrecto super carbones, secundum quod docet Avicenna in de viribus cordis, quod olibanum est confortatiuum vitalis spiritus et animalis. Cautela alia de ipso aere, quod vtile est fugere ab aere infecto ac accedere ad loca, vbi aer non est infectus nec pestilencia regnat, vnde Ypocras ait de semet ipso, quando per medicinarum exhibicionem perficere non potatur ad alium aerem remutebat indicans pro quod egritudines a malo aere fiebant, sicut apparent in secunda particula epidimiarum. Ideo Rases quarto almansoris dicebat: terra in qua atrox pestilencia fuerit fugienda est. Quam si quis fugere non poterit et fuerit mansio uel exercitus, in quo ista sunt, in loco altiori morari debent locumque qui super est infirmi eligere. Vltima cautela, que tangit condicionem aeris est, quod tempore talis pestilencie non est conuersandum cum infirmis, qui⟨a⟩ infectiue sunt tales egritudines, sicut notat Ypocras in loco preallegato, quia quilibet aerem per anhelitum trahit, propter quod dictum sequitur, quod homines in loquendo ad invicem non dirigant suum odoratum ad anhelitum alterius, potissime jebim, licet videatur sanus nec sentiant fetidum. Nam multi qui vide⟨n⟩tur sanissimi, infecti sunt, [Bl. 176r] quod apparet ex hoc, quod subito moriuntur et sine mora multi tales mortem incurrunt. Sed quia propter amicitiam et par⟨e⟩ntelam necesse est approximare infirmis, tunc est cautela ad hoc videlicet modicum stare cum eis, nec stare per directum coram infirmis, sed stare supra ventum, hoc est per modum quod anhelitus pacientis inpelleret aerem extra os suum, non perveniat ad aerem propinquum oris corporis sani visitantis tales pacientes, prout notat Rasis quarto almansoris et approximando istis pacientibus competit nares et os obturare cum aliquo predictorum odoriferorum, sicut narratur per istam cautelam, quod Socrates illos qui adiuerunt et interfecerunt dracones existentes in montibus Arminie taliter cum rebus odori-

feris preparasse, licet omnes alii ibidem transseuntes [!] moriebantur sicut dictum est supra. Et hoc sufficiat pronunc de cautela communis aeris.

Consequenter dicendum est de cautelis obseruandis circa cibum et potum. Primo panis qui est familiaris toti speciei humane sit de frumento nato in terra munda temporibus sanis, mediocriter fermentatus, non nimium receus nec antiquus in comedendo et in corpore modicum farine ordei in pane valet, quia racione frigiditatis et siccitatis repungnat putrefaccionem et similiter dimittere aliquid furfuris in pane valet et ex hoc notatur quod cibi frigidi et sicci multum valent tempore istius [Bl. 176^{v}] epidimie. Cautela ex parte carnium. Dico quod vtile esset isto tempore custodire se a comestione carnium et istud videatur, quamquam dysonum auditui, tamen racionem aliqualem includit. Nam dicit Auonzaar maximus medicus, cui debetur corona medicine, quod carnes sunt cite putrefaccionis, sicut experiencia docet in exterioribus, quia cito putrefiunt. Ideo propter talem putrefaccionem factam in aere et corporibus, stat possibilitas talis putrefaccionis cito in carnibus. cum tamen alio tempore quam tempore pestis carnes similiter cito putrefiant, verumptamen necessitas conswetudinis et bone nutricionis cogit eas dare, propter quod est remedium tale quod sumantur temperata quantitate cum aceto decocto et sic uti carnibus pullorum, gallinarum, edorum, vitulorum, cuniculorum, perdicum, castratinarum, per noctem salitarum, competit multum regimine. Etiam competit uti pedibus et aliis extremitatibus porcino cum petrosilino et aceto conditis, et quia acetum sua frigiditate nocet stomacho, intestinis et preterea et ideo ad istud nocumentum remouendum est bonum [est], quod in coquinis et condimentis faciendum addatur de cinamomo plus, de croco minus et de gingibero medio modo. Cautela alia que notatur ex parte piscium est quod pisces secundum Auicennam in tali tempore sunt vitandi, quia sangwis grauatus ex eis cito putrefit, [Bl. 177^{r}] et si quis pisces velit commedere, comedat secundum doctrinam Rasis quorto, ut ipsi assentur et cum aceto comedantur, et si elixentur, hoc fac cum aqua, aceto et vino, menta, saluia, petrosilino et eligantur pisces squamosi. Cautela alia ex parte ouorum, nam secundum Ysaac ouorum vitella, quia in caliditate et humiditate sunt temperata, conueniunt cum compleccione humida et debent elixari mediocriter, ita quod sint sorbilia et debent comedi cum sale, aceto et agresta. Cautela que notat ex parte fructuum. Dico quod tali tempore possumus vti fructibus acetosis et habentibus corticem duram, ut est nux auellana et amigdala et ficus. Verumptamen suspecti sunt omnes fructus nati in tempore epidimie et ideo bona cautela est, ut de eis recipiatur minus solito et sy predicti fructus acetosi inducentur alteracionem, preterea misceatur cum eis zuccarum et penidij et pectus vngatur cum oleo amigdalarum dulcium et

butiro recenti. Cautela que notatur ex parte olerum. Dico quod sicut fructus nati tali tempore sunt vitandi, ita simili modo et olera. verum ut dictum est de fructibus comedere de eis minus solito vnde comestio coquine seu potagij de boraginibus, spinagijs, leguminibus et caulibus cum aceto condito possumus recipere, et quia caules secundum Ysaac generant sanguinem melancolicum, ideo secundum ipsum debent condiri cum modico piperis et cimini [?], commedantur cum media quantitate [Bl. 177v]. Cautela que sumitur ex parte vini. Dico quod secundum Rasim vinum dimittendum isto tempore, sed aceto aqua temperata est vtendum, que tempus epidimie est austrinum, scilicet calidum et humidum, et ideo regimine debet declinare ad frigiditatem et siccitatem. vtendum est ergo aceto in omni eoque comeditur, prout dictum est, et sic eo in potu vtendum est et simili racione vtendum est sicci certis [?] acetosis, prout dictum fuit de carnibus, potest dici de vino, quia cogit nos dare vinum racione conswetudiuis et quia inponitur inter cordialia. Ideo regimen circa vinum erit, quod vinum debet esse subtile non fumosum mediocriter sumptum cum sufficienti quantitate aque frigide, ita quod semper sit plus de aqua frigida. Cautela que notatur ex parte aque. Dico quod aque pluuiales et fluuiales sunt suspecte de corrupcione sicut et aer, cum dicit Rasis in quarto, quod ista aqua bibenda est que in superficie bene est manifesta, qui si diceret discooperta et euentabilis et a sole putrificabilis et ideo melior est aqua fontis currentis ad septentrionem et debet sumi seu recipi prope ortum suum, cuius contrarium est temporibus sanis et in tali tempore pestilencie dicit Auicenna, quod potus aque frigide in magna quantitate est valde puratiuus, in paucis autem non, vnde propter talem laudem de ipsa aqua dicit Rasis vnum speciale de aqua ordei, quod in tali tempore singulis diebus potaret de ea multum confert etc. Vltima cautela quantum ad materiam cibi et potus similis est ista tangendo aliqua specialia de ipis videlicet [Bl. 178r] quod tali tempore debet cibus minorari et sit cibus laudabilis et preparatus cum aceto, ut dictum est. Sitis isto tempore non est tolleranda, neque ieiunandum est tali tempore neque comestio tardanda, quod dictum dupliciter potest intelligi, vno modo quod in mensa non sit comestio longa respectu temporum, alio modo et melius quod non sit tardanda a conswetudine et istum intellectum recipite. Similiter vitanda est multitudo ciborum tali tempore. isto tempore est aqua cum vino bibenda et aqua cum aceto, licet plus in temporibus calidis. Et hec sufficiant quantum ad materiam cautelarum cibi et potus. Et ideo multum cauendum est a nimia fame et siti, quia humores malos multum causant et bonos spiritus resoluunt. Ideo proprie inanicionem consulo quo quilibet caueat a coitu quantum potest isto tempore, quia nimis virtutem debilitat et disponit ad passionem epidimialem.

Consequenter quantum ad materiam sompni et vigilie. Nota bene quod in isto tempore vigilia debet esse prolixior quam sompnus. Nam sompnus prolixus prohibet superfluitates exire quod est nociuum tali tempore, et qui dormire in meridie voluerint, in locis quiescant frigidis. Et hec sola cautela pronunc sufficiat de sompno et vigilia gracia breuitatis. Consequenter quantum ad materiam inanicionis et replecionis satis potest patere, quid dicendum sit per dicta in vltima cautela de cibo et potu, nam minus solito est comedendum, sed famem non multum corpora paciantur, quamquam corporibus flecmaticis esset vtile aliquantulum famem sustinere. Consequenter quantum ad materiam exercicij seu motus et quietis. Nota primo quod Auicenna prohibet [Bl. 178^{v}] motum seu exercicium. Credo quod intelligat, quando ae rest corruptus actu, quia tunc expedit, quod homo sit in domo januis et fenestris clausis, vel ut dicitur quarto almansoris porte et foramina aperte septentrionis sint aperta, sed quia exercicium est de conseruantibus sanitatem et quies est de corrumpentibus, quia est mater putrefaccionis, ideo dico quod isto tempore magis conpetit exercicium quam quies. Sed cum qua cautela est vtendum exercicio seu motu, dico quod erit per istum modum, quod in domo magna in qua aer erit purificata per ignem et per alia remeda superius prenarrata ad purificacionem aeris exercicio vtendum est. Et si dimisso exercicio statim apropinpuaret ad locum, ubi esset bonus ignis et aer melioratus non esset nisi vtile. Vti eciam exercicio in campis cum sol purificasset aerem, et hoc in horis intermedijs, esset vtile, quia mane et sero non esset bonum, nam per tale exercicium in debitis horis in campis corpus mundificatur a superfluitatibus et esset forcius in resistendo infeccioni exteriori. Ideo dicit Rasis in toto continenti (est liber qui sic nominatur) quo fuit igitur mortalitas in qua venatores evaserunt alijs mortuis fere cunctis, quia ut videtur, exercicium ipsorum erat in campis temporibus debitis, ut dictum est. Verumptamen motus seu exercicium corporis tamen campis quam in alijs locis debet esse temperatus seu temperatum et non laboriose currendo hinc inde, quia pori corporis nimis dilatantur et aer venenosus non cicius intrat ad cor et sine ipsius alteracione, licet equitare sit bonum, manere et stare in eodem [!] loco [Bl. 179^{r}] non est vtile. Nam aer minus agit in corpore moto quam acquiescente, vnde quantitas exercicij prout habet conseruare sanitatem cognoscitur ex tribus: Primo ex calore tamdiu est hora exercicij quamdiu calor corporis est suaui set gratus; cum incipit inflammari et esse pungitiuus est cessandum. Secundo cognoscitur ex leuitate motus, quamdiu est motus corporis gratus et cum inceperit dolorem, tunc cessandum; tercio ex membrorum disposicione videlicet usque ad inicium sudoris uel quando pulpis digitorum inceperit crispari, tunc dimittendum est. Et hec sufficiant quantum ad materiam motus et quietis. Consequenter loquendum

est de cautela, que notatur ex parte accidencium anime. Cauendum est sollicitudine, tristicia, timore mortis, nam ista multum nocent tempore isto. Anima enim per suas ymaginaciones in corpus operatur utinam [?] inde sompnus et vigilia et motibus animalium. Et Auicenna sexto naturalium et tercio canonis de amore hereos et quanta mala faciunt ista, declaratur octaua particula epidimiarum primo de quodam augure nomine Memondech qui auguriando circa aquilam iudicauit esse signum sue mortalitatis isto anno timens et factus tristis neque volens per amicos consolari neque cibum sumere, superuenit febris et mortuus est; item de quodam gramatico qui conbustis libris, quos laboriose acquisierat et scripserat, iratus est et finaliter [?] ex ista ira febre superveniente mortuus est. Item de quodam auaro, qui amisit pecuniam et sit mortuus tristicia. Item de quodam, qui audiens quod vna auis sustineret celum, tristabatur dicens mortua aue debet celum dirui, timens et tristis factus mortuus est. Ergo ex istis exemplis apparet, quod multum cauendum est ab istis malis accidentibus anime omni tempore, specialiter isto tempore epidimie et [Bl. 179ᵛ] vti ordinaria leticia in perceptione sonorum et motuum decantacione et alijs delectabilibus actibus pertinentibus ad delectacionem anime cum corporis conseruacione est vtile, propter quod dictum dicebat Damascenus, quod medicus medicine anime exhibere non negligat, vnde videlicet gaudeat, ut odoratu et anditu, declaracionem huius dicti obmitto gracia breuitatis. Et hec sufficiant quantum ad cautelas seu rerum non naturalium mediantibus quibus conseruatur vita; et cautelis predictis mediantibus preseruantur corpora nostra a tali pestilencia.

Consequenter post istas cautelas prenotatas notantur aliqua specialia medicamina, tam corpora nostra a malis humoribus evacuanda quam alteranda et cum hoc confortanda pro speciali preseruacione contra naturalem pestilenciam. Primum medicamen est istud ut recipiatur talis medicina, quam notat Rasis in quarto libro suo cuius recepta talis est: ℞ aloes cicatrinj partes duas, mirre, croci orientalis vnius cuiusque partem vnam, conficiantur pilule cum aqua buglosse et mellisse et istis pillulis sumatur quantitas vnius dragme et hoc fit bis in ebdomada; et dicit Rasis, quod nullus est visus quod ista medicina vteretur in principio mortalitatis, quin euaderet. Item dicit Auerroys sexto collectorij et Auicenna in decimo canonis stercij. Singulare medicamen contra pestilenciam notatur bolus armenicus, de quo dicit Auicenna in sero quod confectis apostematibus pestilencialibus et prohibet ambulacionem putredinis, et plures quidem seruati sunt de pestilencia magna propter consuetudinem bibendi ipsum cum vino subtilissimo odorifero sumendum. Modus ipsius est, quod bis in ebdomada recipiatur ad pondus duorum denariorum cum dimidio cum predicto vino et quarta parte aque rosacee et recipiatur in die precedenti [Bl. 180ʳ] receptionis

predictarum pillarum. Et ista duo medicamina sunt que videntur potissime valere contra talem pestilenciam. Super omnia isto tempore corpus est purgandum et ideo consulo, quod quis consweuit recipere medicinam, bonum est quod non obmittat saltem, ut predixi isto anno, et recipiat ut consweuit et secundum quod sue nature conuenit, quod industrie medici relinquendum est, et ideo propter consilium prelibatum in materia purgacionis nota quod agaricus pro purgacione cum alijs medicinis est vtile vti isto, quia agarico est proprietas tiryacalis contra venenum, propter quod dictum noto quod omnis cibus seu medicina qui uel que habeat a proprietate virtutem contra venenum, quod simili modo in tali tempore potest vti, cum talis aer sit venenosus. Et quia in mirabolanis tam kebilis, quam emblicis, citrinis et indis inest non solum proprietas purgandi, ymmo similiter proprietas cor confortandi secundum Auicennam in tractatu de viribus cordis, debemus eis vti isto tempore pestilencie propter materiam purificacionis. Similiter nota quod in tali tempore vti sepe sepius prout expedit adhoc, ut venter sit lubricus. aut utile vti clisteri uel decoccione tamarindorum, in qua dissoluatur pulpe cassia. Consequenter notatur aliud vtile medicamen. Nam Auicenna, Rasis et alij doctores multum laudauerunt trociscos de camphora recipiendo vnum ad pondus ʒ vnius cum aqua buglosse uel endiuie et aque rosarum in casu quod sit actualis febris. Sed si sit sanitas, dentur tales trocisci cum vino et vtrobique tam in actuali egritudine quam in actuali sanitate de illis trociscis semel uel ad plus bis in ebdomada quis accipere valeat.

De tali peste qualiter preseruarj possimus superest perscrutari, et quia non nisi superstitiosis est dubium, quod fuga est preseruacio, cum non madefiat a pluuia nisi quj aer pluuio est subiectus, jdcirco qui priusquam jnficiantur fugiant, vlteriorj non egent auxilio medicine, vbi nota quod volens pestilenciam fugere statimque nouit locum conuicinum eum jnuadere, uel quando apparet jn parte pleyadum sicud nix, quod, uel annus erit epidimialis, ut vult Judeus („id est Isaac" übergeschrieben) omnibus post terga relictis debet fugere ad loca nondum jnfecta nec jnfectioni vicina uel diu ab jnfectione relicta nec adunctos jam jnfectos. Sed quia multa fugam inpediunt, superest hiis consulere, qui se disponunt tali pestilencie o⟨b⟩uiare. Sunt autem ea, que preseruant a tali peste: aeris propiciacio, cibi et potus rectificatio, sompnj et vigi⟨lie Defekt einer halben Zeile⟩ motus et quietis moderatio et accidencium anime melioracio, et preter has medicinas conuenientibus minucio. Sit autem aer jn hab⟨itabi⟩lis ad deferendum talem pestem si muniatur contra tales jllaciones sicud eam aerem, scilicet pestiferum caliditate eximia frigidis alteranius, sic aerem putridum igne corrigimus et aceto aeri insuflato [insuperlativo?] pestilencie a superioribus translati. Hec eadem conpetunt et vlteriora, ut jnimici lanceam jn aduersarium conuelamus [?]. Eligatur igitur aer subterraneus ab aspectu tectus orbium et ventorum; qui si haberi non possit, sit vallosus uel ad minus septentrionj obiectus et ab occidente et ab austro receptus. Quod si opus sit, ad aerem exire liberum, non prius exeat, quam se minuat, ut infra dicetur. Corrigatur itaque aer, si tempus est frigidum cum igne, si calidum cum aceto, si temperatum cum vtroque. Ignis vero sit ex lignis odoriferis ut gunipero, cipresso, radicibus cardonum, papirj, dedha[Bl. 4ʳ]pinre [?], ligno, grani viridis, lentisco, sauina, altea, tamarisco, ebano, ribes, amigdola amara, mirto, rore marino, citonio et similibus vel rectificetur cum suffumigatione ciperi, thuris mirti, roris marini, rosarum, sandalorum citrinorum, xilaloes [1]), been, blace bisancie, ozimj, sigie, cardamomi, ranuli [2]), salci [ausgestrichen u. „croci" übergesetzt], spice, masticis, cubebarum, galie muscate, classe [3]), ambre, musci. Compositionem si queris in Azaramij antidotis partis 19e, reperies scaraxala mite, costi

---

[1]) Überschrieben: id est ligni aloes.

[2]) Übergeschrieben: id est confectio gallarum.

[3]) Überschrieben: id est vernicis.

dulcis, vernicis, masticis, trembetine, lapdanj, squinantj, galie muscate, asarj, canfore asse odorifere, mirre, vsnee, zinziperi, gariofali, nucis muscate, gummj festuce, junge, lentissi gumj, peuzedanj, jusquiamj, corticum citri, byuchur et similium. Jrroretur domus continue aceto et aqūa vel aqua rosacia et secundum Ari. odoretur vrinam capri, verum si sit domus per quam flueret aqua cum jmpetu per canale mundum uel prope esset melius sternarentur domuj folia salicis, rose, nenufar, mirtus et similes, odorentur pomi citrj uel eius cortex, thus, xiloaloes, ambra, cinomomum, dassasean [überschrieben: id est erba], rose, muscus, storax, calamite, crocus, sticados vtri⟨us⟩que, gariofali, masticis, lapdanum, galia muscata, sandali omnes, camfora, mirtus[1]), ex quibus uel eorum aliquibus potest fierj pomum uel puluis et ponj in saculo rotundo de sindone rubeo, odoretur etiam mirtus madefacta aqua rosacia et acetosa. Super hiis nota, quod si epidimia talis jnuadat tempore calido superet [sumet?] frigida et econtra. Correpto aere cibis et potibus corpora muniamus. Sint ergo cibi fictj et jn plus frigidj et [Bl. 4ᵛ] jnterdum aliqualiter calidj, dum tamen excellat sictitas uel humiditas jnepta putrefactionj, ut dicetur de aqua. vtatur ergo sti⟨p⟩ticis et acetosis. Competunt enim de carnibus aues omnes preter habitantibus in aquis maxime perdices, starni, fasiani, fringilline, cucublate, turdi, capones, euicine turturj, palumbi nemorales et similes de quatripedibus siluestria omnia maxime caprioli, gazelle, damme, cumeli, capricornj, juuenes lepores, juuenes ericj omnes porci salati breui tempore vel sulertj [?]. Oua non competunt, nisi coquantur uel edantur cum aceto et acetosis uel acribus; de carnibus domesticis soli edi, capones, vituli ac porci ut supra. Grana sint lentes, razi, sumac, pannicum, milium et similia. Ho [½ Zeile verlöscht und z. T. weggerissen] cardones, acedula, scariola, portulaca lactuca, coriandrum coctum. Fructus sint racconi non bene maturi, zarore, guidole, pira, scitica [?], poma granata alia et muza, citrulj, arangia, citra maxime acetositas citonia, musa, quia scitica. Et super omnes extuli arangia, guidolas et zarolas suo tempore et cappares aceto condite et conpetit cururbita cocta cum suco agresstis. Liquores sint sucus agreste arangiis, limonum, citrj acetositas, sucus granatorum acrium et muzorum. Fercula sint acria uel acetosa et si temperentur competerent carnes jn uel cum eis co⟨c⟩te, uel si in eis sufficienter traherent moram et super omnia gelatinum factum cum dictis carnibus etiam porcinis et gallinaceis et mutoninis et similiter si seruentur per noctem in aceto. Auicenna uero [Bl. 5ʳ] laudat gelatinum, quod si tempus est frigidum corrigatur cum pipere. Fercula igitur facta cum dictis liquoribus uel eorum aliquo

[1]) Am Rande: „et secundum Auerrois terbentine maxime apud Auenzoar ut idem refert odor vrine yrcorum" eingefügt.

competunt, ordeatum similiter et cucurbita cocta cum carnium jure correpta ut supra. Pisces omnes aborreant et conchilia preter encios[1]) et patellas. Inquit Judeus [„Ysaac" übergeschrieben]: tempore epidimiali utatur bolo armenico cum aqua et aceto et sit cibus tuus lentes cucurbita et pisa et roretur domus aceto et hec cura preseruat ab autoria [?]. Cuncta facile putribilia orreant, ut sunt verges, batheca, cucumer et cucumer tortuosus et cerasa et omnia grossi nutrimenti ut fungi, cerebra pulli columbinj caro, ceruina et baluna[2]), cepe et similia ac conuentibilia [?] ad omnem habere quem reperiunt ut cucurbita, batheca ac eciam dulcia, ut sunt dattilj, lac, mel et similia. Potus sit aqua bona sola, si stomacus patitur, aut vinum uue acerbe, quod docet sed a primo hoc modo fierj. Accipe duas muzas et pone in sole tribus diebus aut quatuor, donec extenuentur de jure, exprime ab eis vnum quod ponatur jn sole donec fiat clarum et seruetur in bono vase et dimictatur inveterescere quousque sit potabile. Hoc vinum refert Hebemensuam[3]) et plurimi jn epidimia. Si non habeatur in prontu, habeatur vinum album incipiens agressere, uel jn eo ponatur aqua agreste uel ribes[4]) uel acedule uel lac [? z. T. zerstört] granatorum ac [halbe Zeile zerstört Bl. 5r] uel acetum et qualitercunque conficiatur sic bene limphatum nisi stomacus sit aquosus uel complexio flematica. Nam in tali uel acre uel acetosum conpetit, nisi solum acetum quod omnibus est conueniens, licet fleumatico et colerico et sanguineo acetum cum aqua esset potus optimus, non sic melancolico nisi misceretur cum aliquo diuretico calido. Et est regula quam conprobat Auic⟨enna⟩ et experimentum affirmat, quod volens se ab epidimia preseruare nullatenus sitim sufferat, et ideo videmus quod raro initentes ebriarj[5]) moriuntur ex peste Sit eorum so⟨m⟩pnus temperatus, dum tamen non exeant, nisi prius sol eleuetur ac lauerint manus et faciem cum aqua frigida et os cum aceto et aqua rosacea et aliquid sumant, sic quod non exeant jejunj. In meridie nota uel jnfra diem non dormiaut ullo modo[6]). Sit motus et exercitium paruum et tardum, maxime ante prandium, nam omnio necessitas attrahendi aerem pestiferum est nociua, max⟨ime⟩ stomaco non minuto. Fugiant iram, tristiciam, anxietates, delectentur in melodijs et ceteris oblectamentis preter •multo coytu, quo si sit assuetus, coeat uentre non uacuo nec multum pleno, nec laboret nec sudet nec fortiter hanelet cum coyt. Et ista perficient si raro et delectabiliter coyerit. Sitque uenter eius laxus non multum. Fugiat replecionem, cum eorum regiminis summa sit exiccatio. Fricacio nulla competit, cum omnis pororum apertio sit fugienda; quod

1) Überschrieben „ri" also „enricios".
2) Übergeschrieben „uacina".
3) Gemeint ist Heben Mesue.
4) Es steht eig. „rabes" da.
5) Am Rande: „de ebrijs qui raro moriuntur ex peste".
6) Von hier an bis zu Ende enger und kleiner geschrieben.

si habeatur in usu, post fricaciones statim vngatur cum aliquo oleo frigido stiptico et odorifero. Balneum nullum competit, nisi sit ex aqua frigida ad poros claudendum, ne aer infectus corpora corrumpat ingrediens.

Consequenter ponende sunt medicine et eis annexa. Cum enim presentitur epidimia uicinari, corpus debet flebotomarj, nisi obstent particularia. Debet eciam euacuarj et quoniam non cum Halyabbas eciam in pestilentia sine materia flebotomet et euacuet humorem male complexionj aeris consonum et conformem. Si igitur corpus est pletoricum, primo fiat flebotomia, quod si est cacocinium precedat farmacia. Flebotomia fiat de mediana uel de safena. Facta minucione inde ad aliquos dies humore superhabundante digesto, fiat illius euacuacio. Quibus factis repetatur flebotomia de alia safena et de viginti diebus [Bl. 6^r] in triginta repetatur flebotomia, nunc unius pedis nunc alterius et sic continua in pletorico. Farmaciam autem non oportet repetere nisi cogat necessitas. Infra que tempora et dic⟨ionem⟩ durat pestis? auctorum et experimentorum ductus consilio in omni epidimia cum materia dare sum solitus ad preseruandum pillulas Pauli quas refert Rasis et Auicenna et Auerois, quarum descriptio hec est: ℞ aloes partes duas, croci et mirre ana partem unam, puluerizentur et fiant pillule cum aqua rosacea. In hijs pillulis ponuntur aloe et mirra, que preseruant corpora a putrefaccione etiam intrinseca et etiam mortuorum. Ponitur insuper crocus, quia directiuus est ad cor ualde, et ductis aloe et mirra ad cor, cor eorum annis poterit a putrefaccione extrinseca se tutarj. Dosis secundum plures est gr. 3 semis, secundum aliquos gr. 4 d⟨imidia⟩. Sit ergo ab uno ad alium numerum et post sumpstionem superbibatur ℥ 1 uinj cum aqua rosata. Querj possit an ultra ʒ 2 siue scropulos duos possent uel debeant exhiberj cum maiori dosi maior insistat uirtus, ad quod respondetur, nullo modo, nam sicut aurum in parua quantitate sumptum cor exilaratur, in magna non operatur tale, cum sui ponderositas illius iter diuertat. Sic si harum daretur dosis ulterior exiccaret [!] aloe fluxum uentris nec dirigeret ad cor, vbi nota quod hec dicta dosis aliquos mouet ad fluxum aliquos non primorum, etiam aliquos mouet presto, aliquos tarde! Illorum uero natura que non mouetur nisi sequenti nocte, est ceteris efferenda. Operatur enim medicina prius istud ad quod fuit inuenta, cum autem illa operatione peruerterit humores humores, quos in pectore, stomaco, intestinis, etiam quos in capite reperit secum ducit. Principaliter igitur cor tutatur, ob quod hec pillule fuerint diuinitus inuente siue revelate, quas pillulas in peste conplexionali non laudo, quia cum ista medicina sit calida in fine secundi gradus et sicca in eius medio [eius] augebit in discrasiam. Et cum secundum Rasim et Halyabbatem quedam pestilentia est cum squinancia aliqua, cum apoplexia aliqua, cum paralisi aliqua, cum faringis

aliqua, cum emigrana aliqua, cum causone aliqua, cum disinteria aliqua, cum sternutacionibus assiduis, ut accidit Rome tempore Gregorij pape et similibus, non in talibus omnibus competunt iste pille uia preseruatiua, cum nec in epidimia cum sputo sanguinis nec epidimia cum pleuresi et in epidimia cum causone, quas sepe uidi. In diebus tamen pestilencialibus qualescunque sint competit medicina G⟨alen⟩i de bolo armenico, que quidem medicina competit tam in uia preseruatiua quam in curatiua, quod non constat de pillulis Pauli. Ille namque nullatenus competunt uia curationis nisi in ualde frigidis. Hec uero ubique subcurrit, hanc G⟨alienus⟩, Serapion, Auic⟨enna⟩, Almansor et cuncti approbant antiquj, quos approbat experientia. Detur ergo ex eo a ʒ semis usque ad.j. surgenti a lecto. Sed cum questio experta, nam omnes ad preservandum tribuunt cum vino, ut dirigat illud ad cor; est enim uirtus eius fortiter desiccatiua spir⟨i⟩tualium, ut docet Serapion et Auicenna. Vinum uero debet esse album subtile flagrans nec solum ydeo mixtum cum aqua rosacea secundum Auicennam. Sed cum datur tempore fe⟨bris⟩ dissentiunt; nam Auicenna et Serapion eximentes G⟨aleni⟩ et Pauli dant illum cum vino et aqua rosacea multa. Sed Alyabbas a uino abstinet, mihi uero uidetur quod si esset uinum uue acerbe, de quo supra, uel vinum album locorum ualde frigidorum vbi racemj non perfecte maturantur et aqua rosacea eum superet, in multo esset eligibilius cetero. Auer⟨rois?⟩ etiam laudat etiam terram sigillatam et etiam Auenzoar, sed quia alii non dant nec ego sum expertus ac, quia ego credo tale lutum esse adulteratum, non approbo. G. macer [? z. T. zerstört] me stimulat quidem, an tyriacam [zerstört] qua[m Bl. 6^{v}] Andromacus composuit et Metridatum conveniant. Nam Auic⟨enna⟩ illud docet et Auer⟨rois⟩ approbat tyriacum, mihi autem uidetur quod ista non competunt in mala complexione calida et sicut nec in sputo sanguinis nec in squinancia, nec in emigiana [!] calida nec in pleuretica et similibus et multo minus in causonica sed in ceteris pestibus frigidis bene posset competere preseruatiu regimine In hac uero que calide sibj sentiat et frigidum tempore frigido bene laudo, calida uero minime. Sunt autem et alia que interdum de mane sumuntur et competunt, puta arangij acredo per se uel in aceto, rob de ribes; defactum ribes supleant alleluya uel acedula carere rubie potius citrine et ziniole [?]. Modus autem qui mihi uisus est esse convenientior est, ut uno die sumantur pillule, secundo bolus armenicus, tercio rob de ribes, quarto pillule quinto arangij acredo, sexto pillule, septimo bolus armenicus, octavo pillule Pauli et sic consequenter, quod si rob de ribes tibi dicte [?] et ad sint zaror, supleant illius locum, quod si vtroque cares pillule vel bolus armenicus supleant compositum [? conditum? confectum?] de zedoaria, quia Auicenna laudat in omni ueneno et alia gumma citri non obsto, licet cetera sunt

magis appropriata. Sed illud de ruta, ficubus et sale non laudo, quia illud Auic⟨enna⟩ laudat a uenenis bibendum et Rases contra animalia venenosa. Epidimia autem que hic ruminatur, curas requirit extraneas; verum in his appropriatis sunt gradus, nam pillule ceteris efferuntur, deinde bolus armenicus, deinde rob de ribes, sic quod si die quolibet sumerentur pillule esset eligibilius. Verum quia talis morbus est plurimi contagij necesse est separari ab infectis; videmus namque quod si aliquis in aliqua domo ex peste moritur, ceteri eum sequuntur. Fuge igitur colofìcatos collofìcacione ultima, ne uenenatorum ⟨con⟩tagio ⟨zerstört⟩ ieris his armis qui se muniuerit eorum que dedicauerit se sodalitio, securus erit, stabit in prelio contra minas glandole pestilentis. Sic ego dum partens Sciculas in coluj stans in aere pestifero seruans plurimum [? plebem?] regis supradictj, cum quandoque natis quorum maior erat adolessentibus nullum nostrum inuasere pestilencie et uxor nostra muliebriter protinus ut Loth coniux acriter fuit inuasa, licet cum infrascripta cura euasit dificulter.

Utrinabulo[?] trasfigente precordia ob neglectum regimen siue spretum, superest uires ad curam viribus cumulare. Et quia morbus est acutissimus et ultimate malicie, opus est studiosius insistere et fortiter ac subito medicare. Ad ultimas namque egritudines vltime curationes sunt necessarie ut primo lugubrat medicus [am Rande „Ypocras"]. Cum medicina debeat eleuarj in equalj gradu discrasie secundo tegni uel potius in aliqualiter altiorj cum aproportione[?] equalitatis, no fiat actio inde guber⟨nare⟩ et coru⟨m⟩pere, secundo ut illud pateat morbis malignis et impetuosis fortis et subita mutatio conuenit. Et quia ut refert Auic⟨enna⟩ capitulo de thoon[1]): Glandula uel uenit cum fe⟨bre⟩ uel sine fe⟨bre⟩ et si sine fe⟨bre⟩ uel sequitur febris uel non et aliter uel febris uenit cum glandula uel non, si non uel sequitur glandula uel non, dico tunc quod si glandula uenit sine febre, docet Auic⟨enna⟩ poni apocrustica id est repercusiua cum aliquali resolutione, ut supra hic tacta, ut spongia noua infusa in aqua et aceto aut oleum rosaceum aut oleum fructus cipressi aut oleum de mirto et hoc in principio. Ego uero non sum audax tante cure, hesito enim, ne fe⟨bris⟩ sequeretur inpulsa materia versus membrum principale, et hec est regula ruminata per omnes medicos, licet oppositum uiderim, ob cuius declarationem surgit alia questio, an materia uenenosa contenta in glandula sit [Bl. 7r] in alia ceteris paribus. Nam glandula quasi sub assella sinistra ceterarum est pessima propter cordis propinquitatem, deinde illa que prope furculam pectoris ex parte sinistra, deinde que in parte dextra, deinde que in sub assella dextra, deinde que in inguine sinistro, deinde que in dextro et harum illa deterior que superiora petit, deinde que restro [!] aurem sinistram,

1) Übergeschrieben „althuonij".

deinde que retro dextram, deinde que in vlna sinistra, deinde que in dextra, ut legitur tercio decimo continentis auctoritate Glauconis, vbi illud apostema uocat thain, credo corrupto uocabulo, facta flebotomia, si uidetur conueniens ualde, nam que raro per eam percepi curationem. Et proponato bolo armenico modo quo supra ante uel post uel ante et post aliquod de quorum numero est Dyascolides, ut patet per Serap⟨ionem⟩ capitulo de amunde, uel si non uidetur flebotomia euacuato corpore cum pillulis que sequuntur, intromictuntur flebotomum glandule usque ad eius centrum et bene scindunt et eiecta materia uenenosa incarcerata et glandula intromittunt assam solam uel si esset nimius calor in loco dissoluunt eam cum oleo. Ego uero dum studebam Tholose reddit[!] pestilencia secunda que iam cessauerat duobus annis et peremit 200 studentes et paucos ciues, item superuenit in glandula in inguine dextro sine fe⟨bre⟩, quare statim feci aperiri safenam dextri pedis, et nocte sequenti superuenit alia glandula in alio inguine et prima cum forti dolore creuit et cum hoc fame fortiter inuasit, quare timens surgens mane feci venire[?] flebotomacione et requisiui magistrum meum philosophum elephantis magnum et vniuersalem philosophum et valentem medicum, ut interesset maioris glandole apertionem que in principio renitebat secundum auditis meis rationibus, quia materia erat furiosa et morbus acutissimus, oportebat illam euacuarj presto per locum propinquissimum acquieuit quare imposito flebotomo per digiti spatium in profundum et tantundem in latum exiuit parum sanguinis et tantum de aqua crocea, quantum capi poterat in testa auelane, qua emissa statim febris euanuit, supra cuius aperturam magister meus posuit medicinam gluttinatiuam nec ob hoc destiti e regimine febris. Nocte uero sequenti juuenili farmaco euanuj plures et surgens mane ammouj emplastrum et reperj vulnus consolidatum talem, quod uix apparebat cicatrix, et sic fuj curatus mirabiliter magistro meo curam tam subito terminarj [?]. Experimento tria percepi, primum quod materia uenenosa in principio inuasionis non erat nisi in glandula, secundum quod febris erat accidens eius, tercium quod tarditas in euacuando est infirmum periclitare, et ob hoc aliqui sicut Perse[1]) statim imponunt cauterium actuale, quod mihi non placet. Corrupta aut corruptioni propinqua est prope foramen, cauterium illius prohibet euacuacionem [?] escara uiam opilans, que materia ratione igneitatis redditur furiosa, ut docet Albucasim capitulo primo sue cirurgie, mihi autem ex experimento, ratione et Auic⟨enna⟩ uidetur quod, si aperta glandula febris cessat in totum, sufficit labia uulneris coniungere et conglutinare. Quod si feceris non cessat, recurrendum est ad assa ut supra, ut a circumstantibus membris trahat reliquias pestilentes et corrigat, sed quia aliquj sunt sic uecordes, quod ex sola flebotomi

[1]) Am Rande beigesetzt „id est de persia".

uisione sincopizant, hanc curam solis audacibus recommendo et ad primam redeo, vbi nota quod, ut dixi, ob flebotomiam raro uidi prosperare curam sed ob farmaciam sepissime. Dico autem farmacia non ex cassia fistula, sicut faciunt quidam medici innitentes applausioni et lucro potius quam conscientie et virtutj, sed [Bl. 7^{v}] ex radicantibus cum violentia medicinis, sicut sunt colloquintida, lapis armenus, eleborus niger et similes; morbos namque tam furiosos opus est medicinis fortibus consternare. Nec tamen laudo has simpliciter dari sed coreptas[!] et benignis medicinis admixtas, sicut sunt aloes, agaricus, pollipodium, yreos et similes, breui has fortes corrigendo preter eleborum nigrum; nam illum pono ad acuendum, medicina autem que ponitur ad alias acuendas non debet corrigi ut docet Serap. auctoritate Halyabbatis capitulo de coloquintida, ideo dico, quod medicina que datur ad euacuandum humorem tante mal⟨ici⟩e oportet, quod sit fortis ualde et detur in debita dosi, aliter enim humorem moueret per corpus, qui furiens duplicata malicia alios in seconuertit maxime putrefactam dispositionis, et sic egrotans vnde tyriacam spectabat inde succumberet uenenatus, quod percipiens nobilis Auenzoar in suo thasir (gemeint ist at-taisîr) talem darj consuluit medicinam: ℞ stercoris columbinj sicci, aloes epatici, agarici, polipodij, yreos ana ʒ j, sticados ʒ ij, salis indj, elleborj nigri ana ʒ semis, coloquintide et foliorum eius ana grana 8 et quia carebam folijs coloquintide, cetera pillulabam et dabam ʒ ij. Causam autem quare ponit stercus columbinum dicit, ut dirigat cetera ad humorem fetentem nec laudo, ex quo uidj Alexandrum loco foliorum coloquintide poni lapidem armenum. Sed nescio, vnde stercus columbinum ducit secum associatas medicinas ad humorem fetentem, cum nullus alius ab eo dicat illud et eius calorem tunc apparet. Ideo licet sepissime dederim hanc Auenzoar medicinam et mirabiliter mihi successerit, tamen non confidens in stercoris uerbis [statt „uiribus"?] illud dimisi et etiam diuersis subiectis diuersificaui simplicia nunquam pretermittens elleborum nigrum, et eque bene mihi successit in tantum quod, cum isti taliter uenenati primo die fortiter infestentur et secundo remisse et tertio tendunt ut plurimum ad interitum, quia secundo die flebotomabam ut in plus, tercio euacuabam, nullus tali die moriebatur sumens talem medicinam. Ydeo quilibet aleuiabatur in tantum, quod plurimj curabantur, aliqui uero superuenienti die quarto uel quinto alia noua glandula inuasit aucta fe⟨bre⟩ et accidentibus conturbantibus medicum et infirmum 5 uel 6 ut plurimum recedebant, nullus tamen obit, nisi noua glandula reinuasisset. Et hec est alia causa quod febris sit accidens istius apostematis; quare uero interitus accidebat ymaginor esse, quia opus fuisset iterum eradicare uenenosam materiam superuenientem, ego uero, licet pluribus audacior, timeo euacuare exquisitis uel quia opus erat incipiente secunda glandula primam aperirj

et esset securius aperirj quam apertam medicamine de assa Dyascolidis farcirj, consulerem, ut fit in vulneribus toxicatis, supra glandulam apponendo aliquod emplastrum recitatorum ab Auic⟨enna⟩ superius recitatorum descriptorum et facta conuenienti sanitate [?] ut ulcera curarj cetera. Verum Auic⟨enna⟩ uoluit ut apercionj superponatur uentosa sugens materiam uenenosam et deinde assam imponj et id michi placet cum videtur [?] expediens. Sed redeundo ad farmacum tale consulo prepararj, ut presto reperiatur et promptum. Nam si uideris non esse necessariam flebotomiam, subito farmacum propinabis, quod ℞ aloes, agarici, polipodij, yreos ana ʒ j, sticados ʒ ij, coloquintide grana 8, lapidis armenicj ʒ j, salis indj, eleborj nigri ana ʒ semis. Teratur coloquintida ultimata contricione, deinde inbibatur butiro recenti et lapis armenus lauetur et omnia pulverize⟨n⟩tur per se et fiant pillule cum vino in quo dissolutum sit dragagantum. In his pillulis sunt euacuatiua omnium humorum ab omnibus membris et cum virtute sunt, nam quod ibi aloes, agaricus, yreos euacuantes [Bl. 8^{r}] coleram sunt et coloquintida, polipodium, sticados, sal nigrum euacuantes flegma, sunt et agaricus, elleborus niger, lapis armenicus, polipodium, sticados, sal nigrum euacuantes melancholiam et humores adhustos et vlterius sunt euacuantes a capite aloes, sticados, coloquintida, lapis armenicus, a pectore uero yreos agaricus, coloquintida, a stomaco et intestinis aloes, ab epate agaricus, yreos, a splene polypodium, lapis armenicus, a uisceribas yreos, polipodium, a neruis coloquintida, agaricus, a scia et iuncturis coloquintida, a cute elleborus niger, lapis armenicus, a cauernis corporis colloquintida, habes intentum dosi habita. Est itaque dosis huius maior ʒ ij semis, minor ʒ j et semis, media ʒ ij; da ergo quantitatem conuenientem tuo particularj et tene firmiter, quod cum talj medicina plurimj euaserunt ex desperatis, id est pauci inciderunt in laqueum, quod si adsit fluxus uentris sponte quia sinthomaticus est, cum mullus ex illo curatur, non diferas dare medicinam nec in minorj quantitate, quam si non esset fluxus. Nam eandem percepi operacionem quam cum non aderat fluxus et similiter in nulla confindens euacuacione spontanea, cum indigesta nateria nulla fit euacuacio per naturam, sed ad operis complementum et textus Auic⟨enne⟩ declaracionem nota, quod Auicenna in primo capitulo non solum tractat de glandulis sed etiam de papulis, de quibus Oribasius magnum fecit tractatum, non ad curam sed ad pronosticacionem. Videtur enim desperasse de cura et quod suo tempore plurimos afflixerit. Auic⟨enna⟩ uero mixtim tractat de glandolis et papulis, licet regimen sit idem et tam verum quod papula est ulterioris malicie et ex dictis curis aliqua competunt unj que non alterj. Flebotomia enim et farmacia in utraque competunt, si subito fiant, frigida etiam plus competunt in papula quam in glandula, et vbi dicit, quod saluius althoon mor-

talium et tunc intellexit de papula; nam in illa que nigra est, nulla est cura, et si aliqua est, ista est, ut presto superponantur frigida predicta et statim fiat flebotomia uel farmacia. Et cum uideris papulam dilatari, statim scarpella profunde et superpone uentosas cum igne ignem fortificando, quousque uenenosam materiam eduxeris, deinde superpone vnguentum rusalj [?] Haly-abbatis uel nucis antique carnem masticatam, que etiam competit in glandula. Et hoc dicit Serap⟨ion⟩ auctoritate Dyascoridis aut oleum de costo ut secundo can⟨onis⟩ aut picem duram ut idem Dyascorides aut lupinum cum melle ut idem Dyascorides et ego sum expertus uel aliquod istorum Auic⟨enna⟩: secundum quod accidentia te facient uigilare. Sed ne ex ignorantia significati vocabulj per aloziz eris, scias quod papula est apostema pustulosum calidum melancolicum epidimiale cum ampulla in sui eminentia coloris rubej· uel blauj uel nigri, pauci doloris, non cessans se extendere, membrum mortificans, quousque adducat interitum, maxime si sit nigra, deinde si blaua, quam Gerardus citrinam transtulit; tales autem colores rarissime reperiuntur in glandula in cetero uero regimine tam naturalium quam medicinarum et anexarum nulla diuersitas habet locum. Supra regionem cordis ponantur frigida et sicca, odorifera confortatiua cor, ut sunt sucus pomorum et citoniorum, citri acetositatis, sandalj, camphora, sucus mirti et endiuie, spodium, acetum, quod si uelis aliqualiter contemperare [?] adde succum melisse et vinum album antiquum odoriferum uel intingatur in illis petia de sca⟨r⟩leto et aliqualiter tepida applicetur. Sint odoramenta et irrorationes, ut in regimine preseruatiuo fuit dictum. Suffumigationes uero tempore calido sint ex frigidis ibi datis, frigido uero tempore ex mixtis iuxta recti artificis judicium. Odorent aquam rosarum camforatam uel rosas, mirtum, sandalos, camforam uel acetum cum mirto.

De aere non est opus [Bl. 8ʳ] texere filaturam, quia non aliter quam in preseruatiuo regimine preparabis, nec mireris, quia dietam postposui medicinis, causa autem est quia, vnde speratur auxilium, ibi promptius est recurrendum. Sit itaque dieta tenuis sed non nimis. Vtatur ergo taliter percussus ordiato, auenato, lacte amigdalarum dulcium, lentibus coctis cum aceto et rob arangijs piris stipticis, grundolis, pomis, fragolis, zaroris, granatis, muzis, lactucis cum aceto etiam coctis, spinagijs coctis cum lacte amigdalarum, coriandro viridi cocto, caparibus cum aceto, cardonibus, scar⟨i⟩olis et boraginibus cum aceto. Quod si debilitas te mouet, gelatinum confectum cum aceto et jure peduum mutonis, edj uel uituli, jure etiam perdicum, pullorum gallinarum, franquellinarum et similium. Et si te cogat da brodium pulle alteratum cum similibus decoctione agreste, sed potius acedule uel panis cuculi [übergeschrieben: id est acedule], potissime uero cum intus coctionem ribes detur que interdum aliquis horum et interdum aliud et sic quod continuo stomacus habeat

quid horum digerere et hoc per totum statum. Potus sit in ieiuno qui dictus de bolo uel rob de ribes uel loco eius eius sirupus et infra diem aqua frigida sola uel cum suco ribes uel suco acedule uel agreste uel aleluya uel granatorum trium uel acetositatis citri uel cum aceto. Sompnus sit recentiorj hora qua poterit, stomaco tamen non uacuo. Morbo tamen declinanti dyeta ingrossetur ad carnes perdicum pulle franqueline alteratas, tamen cum fructibus [?] maxime acerbis potissime in gelatino. Vinum tamen non tribuas nisi triduo febris euan uerit.

Solet queri nec inmerito, quanto tempore hec epidimia sit orbem duratura circumdans, ad quod respondetur cum Aristotile in de proprietatibus elementorum, quod effectus, qui causantur a superioribus corporibus quinte essentie, uel sunt a luna et illj durant diebus 28 vel a uenere uel mercurio et illj durant mensibus . x . uel minus uel a sole et illj anno integro et qui a marte mensibus 8 licet secundum aliquos annis duobus et qui a Joue annis 12 quia et qui a saturno annis 3, licet secundum aliquos minus et qui a coniunctione duarum stellarum grauium annis 20. Et qui conjunctione et permutatione ex triplicitate in triplicitate annis 240 et qui a motibus accessus et recessus in 80 annis, gradu uno annis 680 et qui a motu stellarum fixarum in 100 annis quinto gradu 36000 annis, qui est annus magnus a quo cuncta incipiunt renouarj. Manifestum est autem, quod cum hic circuitus epidimie iam durauerit annis 57[1]) non est ab aliquo planetarum nec a coniunctione duarum superiorum planetarum, quare constat quod quod sit ultra secula duratura. Quod si insurgit aliquis cum testibus Ptholomej Albumasaris, Alcabicij, Haly et aliorum ac noui Guidi Bonati[2]) in suis judicijs uoluntarijs, queram ab eis super quo fundant eorum iuditia et quia non habent aliquid fundamentum dicet quod cum tali planeta fiat in tali signo et talis eum aspiciebat dextre uel sinistre sic uel sic uel erat coniunctus cum eo talis alicujus planeta in tali signo et gradu fuit sequtus talis effectus, ergo quandocunque sic erat, similis erat effectus, dico cum Auic⟨enna⟩ ut supra in litera, quod ad pauca respicientes enunciat facile, ad quid sunt alie stelle, quarum numerus nunquam sciet, que sunt ille que sunt contrahoperantes quot et que sint iste que nunquam uidentur anobi, que et quot sint iste que aliquo tempore apparent et alico ocultantur quo uel fuit aspectus earum ad notas cause talis influentie, sint ne ille in vanum? Et si omnia hec quis norit, quod in potente censeo humano graui ingenio omnium harum stellarum qualis erat aspectus ad figuras commune spere quod si totum [Bl. 9r] bene sciatur oportebit expectare horum omnium equam con-

[1]) Danach wären 57 Jahre seit dem Ausbruch des schwarzen Todes 1348 vergangen, man kam also ins Jahr 1406 für die Abfassung dieser Pestschrift zu Barcelona.

[2]) Gestorben 1296.

cordiam, quod fieri nequit in minorj 36000 annorum dote ergo coronicas illius temporis, cum ille te confortet et forte, nec id totum tibi sufficiet. Nam etsi zodiacus mobilis per omnia superponetur in inmobili in anno magno, non tamen omnes planete situaliuntur ut tunc et sic oportebit expectere alies 36000 annos, nec forte tunc concordiabunt, nam oportebit figuras istas 28 mansionum lune suis nominibus concordare [concordare], que nec aliquam quotacionem quam alfagram tempore sortiuntur sic forte tunc, quid de motione augmenti planetarum et quid de introitu solis in signis et de motione figurarum signorum, que arismetica sufficiet tantas discordantias concordare. Patet itaque astrologorum citaram interstantis crusmatibus a sucentu quolibet alienam, vnde ergo futura diuinabit, num quid longe melius melancolicus, cuius anima lustrat per spiritus cirsos [?] et perspicuos et uilipensis presentibus et sensibilibus euolat futuris affixa, qua pars ab absentia profetiçat, fugiat hinc ergo deuiator astrologicus, superemineat medicus, cui sunt ratio et experimenta et misticorum imitatio fundata prouideat igitur sibi et suis quilibet bonus pater familias de diuersis locis distantibus, ad quorum saniorem euolet et de expensis, quod si non sufficit, ad tanta de hospicio in loco deserto et si non ualet ad tanta, ordinet sibj domum, in qua sit camera subterranea a notho coperta et zefiro, ar⟨c⟩to uero aperta atque euro. Teneatque hoc meum pre oculis consilium uel aliquod salubrius si ualebit, quare si dominanti et dispositi hoc regimen conueniat, quanto magis dominanti regaliter et maxime tanto regi qui naturaliter et ex illustrissimis precessoribus per rectam lineam tot regna, tot maria sunt subiecta, a cuius salute pendet salus tot mille milium subditorum. Capiat igitur tantus d⟨ominus⟩ hoc opusculum multo studio ex imis compilatum sudoribus ab eo, quem capitales litere nominarunt. Sed hec sunt que studio et experimento percepi. Rogo quemlibet ut pesundata inuidia prescripta male posita corrigat et superflua resecet et resarciat diminuta etc. Explicit.[1])

Der Text scheint nicht in allzu guter Verfassung, es ist also zu bedauern, daß *Codex Sloane 428* (VI) Bl. 145^r—155^r nicht mit herangezogen werden konnte, auf den Frau Dorothe Waley Singer in ihren „Some Plague Tractates" (in der März-Sitzung 1916 der Section of the History of Medicine; vgl. Proceedings of the Royal Society of Medicine, Vol. IX, No. 8, S. 189 ff.) unter Nr. XII „The Tractate of Blasius of Barcelona, 1406" hinweist, ohne irgendwelche Stellen im lateinischen Wortlaute mitzuteilen. Doch lassen die kurzen Angaben über den Inhalt, die Frau Singer gibt, erkennen, daß es sich um das vorgehend wiedergegebene Schriftstück handelt. Daß

[1]) Es folgt von der gleichen Hand die „Descriptio vnguenti calcadis [zerstört, d] yafinucon id est de palma. Talis est secundum Serapionem ℞ . . .

der Verfasser mit „Blaise de Pérouse“ identisch sein könnte, den Chevalier I, 608 aus Mazzetti nachweist, also Blasius Perusinus (von Perugia), der 1396 in Bologna als Arzt wirkte, scheint mir nicht annehmbar, zumal Blasius vom eigentlichen Italien (außer Sizilien) gar nicht spricht, noch weniger von Bologna. Auch mit „Valasco de Taranta“ ihn zu identifizieren, ist nicht angängig. Es ist eine Persönlichkeit für sich und zweifellos ein Spanier, der durch König Martin (1410) die Anregung erhielt, und wie aus dem Texte selbst sich ergibt (Zeile 641) um 1406 schrieb.

274. **Diego de Torres, Medicinas preservatiuas y curatiuas contra la pestilencia que significa el Eclipse del Sol del Anno 1485**
sind zu Salamanca im März 1485 auf 10 Bll, 4[0] gedruckt worden (Hain 15561, vgl. Klebs' Pestinkunabelliste), doch kam das Büchlein mir noch nicht in die Hand; auch Rothbauer erwähnt es nur, a. a. O., S. 183, offenbar ohne es selbst gesehen zu haben. Das einzige bekannte Exemplar ist in Madrid.

275. **Luys Alcanyis, Regimen preservatiu e curatiu de la pestilencia.**
Erschien auf 14 Bll. in 4[0] (Näheres siehe in Klebs' Pestinkunabelliste zu Valencia ca. 1490. Ich habe weder ein Druckexemplar noch eine Handschrift dieses Pesttraktates gesehen. Der Verfasser soll 1504 verstorben sein.

276. **Regimiento contra la peste, fecho por el insigne doctor Fernand Alvarez**
ist um 1500 gedruckt worden auf 4 Quartblättern. Ich weiß über das Büchlein nichts weiter zu sagen (vgl. Klebs' Pestinkunabelliste), wenn ich auch das Pariser Exemplar vor vielen Jahren in der Hand hatte und mir sein Vorhandensein notierte.

277. **Amiguet, Lect. sobre las Apostemas**
soll 1501 zu Barcelona herausgekommen sein, wie Morejon berichtet. Näheres kann ich darüber nicht mitteilen.

¶ Regimento proueytoso,
das Pestbüchlein des Johann Jakobi-Kamintus in portugiesischer Übersetzung ist um 1500 zu Lissabon gedruckt worden. Näheres siehe in Arnold C. Klebs' Pestinkunabelliste.

278. **Epistola de Maestre Jacme d. Agramont als honrats e discrets seynnors pahers e Conseyll de la ciutat de Leyda, 24 Abril 1348.**

Ich wies schon zu Anfang der spanischen Pesttrakte (oben S. 101 f.) auf dies bisher unbekannte Schriftstück hin, das sich handschriftlich auf dem Parochial-Archiv von Verdú zu Lérida befindet, wie mir Arnold C. Klebs am 30. März 1925 schrieb. Es füllt dort 28 Spalten in Fol.⁰ (auf 14 Blättern) und beginnt folgendermaßen:

> Faccio en altra regio, e en la prima porte daltra regio, aer pur e net, per que recite Galien que per los cosses morts en Ethiopia, per que en temps que ha pestilencia en Cicilia ho en Cerdeyna lo vent de mig jour es molt per iyllos a Cathaluyna. El vent septentrional ho de transmontana es molt bo e molt profitos e per contrari, si la pestilencia ere en Guascuynna ho en bolsa ho en Franca lo vent de tramontana ser ie anos molt de gran dampnatge, ql vent de mig jorn nos serie fort proffitos. ¶ Encora pot venir a questa meseya pestilencia de part deta tera cor dintre en la tera se fan moltes euaporaciones dumiditats, per la qual cosa na xen e jxen gran fonts e rins salts pritys e daltes montaynes. E pucuras fa dintre la tra exalacions de fums per las quals se fa auegads terre tremol les quals vapors e fumosytats mescaldes ab laer han a corra pre e a espessir e a girar de sa natura ta sua substancia. ¶ Ed si hom me demane per que en Leyda sengenra la broma en yuern, dich que per a questa raho, car tots lochs entorn de Leyda a totes parts son en gran humiditat axi que tota la tra ho gran partida se pot regar. Et la calor que es dins la terra es major liuern quel estire, per que les fonts natals son caldos diuern, e molt fredo destiu donchs, la calor gran que es dins la terra fa bugar e euaporar la terra, que es fort humida e a quella vapor espeserx laer. Et semblat obra daquesta fe lo foch qui esta douale la olla qui es plena d'aygua. ¶ E si homme demane encora, si a quella broma fa pestilencia nimants impresions notablament en les gents ni en les altres coses axi comblats ho fruyta. Dich que no. E la raho es aquesta, car la broma comunament no si fa sino en yuern e en yuern laer es fret, per que aytal broma non fa putrefaccio en laer, ...

Ich hoffe später nochmals hierauf zurückzukommen, sowie weiteres aus dieser frühen Pestschrift mitteilen zu können und schließe damit für diesmal die Untersuchung spanischer Pestschriften.

Man fühlt in dem Pesttexte des J. d'Agramont die Beziehungen weiter in die Pyrenäenhalbinsel hinein und über das trennende Gebirge nach dem südlichen Frankreich, wo die Pest sich schon

seit dem November 1347 von Marseille aus zu verbreiten begonnen hatte. Nach Spanien war sie aus den östlichen Mittelmeerländern (d'Agramont spricht ja von Äthiopien) über Sizilien, wo sie schon zu Anfang Oktober 1347 Fuß gefaßt hatte, Sardinien und die Balearen gekommen und hatte um die Jahreswende auch auf dem Festlande sich angesiedelt, in Almeria und Karthagena und mit Barcelona auch Aragon ergriffen und Katalonien. d'Argamont redet aber auch von der Cascogne und dem weiteren Frankreich. Paris wurde ja erst im Juni 1348 von der Seuche erreicht. Von den Schrecken der Pest ist in den einleitenden Auseinandersetzungen über Klima und Jahreszeiten noch nicht viel zu verspüren.

Der Norden, vornehmlich England.

279. De Epidimia tractatus Costoffori, medici regis Anglie, anglico Uxonie.

Aus Oxford stammt ein sehr sauber geschriebenes Peststück der Biblioteca Riccardiana in Florenz ***Nr. 2114,*** Bl. 10^{v}—15^{r}. Der Verfasser ist als „Anglicus Uxoniae" bezeichnet und als Costofforus, mediçus regis Angliae benannt. Die Pestschrift ist noch im XIV. Jahrhundert aufgezeichnet, der Schrift nach in England.

† Jesus Christus †

¶ In Christo reuerendissime pater et domine. Cum multos uiderim de Epidimia tractatus et istum presertim senserim visui et gustui fragabilem in aliorum concessorum in inpresentia [?] recompensacionem manu rurali non aliena denigraui istum ab Anglico Uxonie, medico regis Anglie, de cognomine Costoffor⟨i⟩ ordinatum ad multorum maximam instantiam.

¶ In libro epidimie continetur, quod quemadmodum ignis non ardet nisi i nmateria conbustibili, sic nec presens pestilencia nocet corporibus nisi materiam in eisdem inuenerit preparatam. Affirmans igitur hanc preparacionem ex reliquiis constellacionibus anni 1344 adhuc prouenire dudum, ordinaui libellum cuius notabilia meis amicis carissimis bina diuisione nunc ostendo. ¶ In prima ponam quomodo quilibet a presenti peste magistraliter poterit seruari. ¶ Secundo docebo, quomodo lapsi in eadem quibus fleubotomiis, me[Bl. 11^{r}]dicinis, ceterisque primam localibus sint procurandi. Sund igitur .15. propositiones totam materiam.

prima propositio.

¶ Aere epidimico presenti peste queuis loca obumbrata non solum igne fulgescente iugiter putrefacta debent alterari, ymmo aceto odorifero ingeniose conspersa, suffumigiis pretiosis maxime frigidis pededentim remouentur.

Secunda propositio.

¶ Nullum exercitium anime seu corporis excessiuum perpetretur. Eo namque tempore balneis, coytibus, medicationibus, loquelis superfluis sapientes parcere consueuerunt.

Tercia propositio.

¶ Geminatis uigiliis serotinis spaciose sompno completo largiori nemo de cubili prosiliet matutine, nisi aer nocturnalium nebularum penitus conquiescat.

Quarta. ¶ Euententur fumigiis habitacula ex galia mus⟨cata⟩, alipta, olibano omnique genere sandalorum, [Bl. 11^{v}] ambra, thure, xiloaloes et mastice simul uel diuisim, rose etiam plurime vna cum salicibus ceterisque aromaticis frigidis lectuli et camere substernantur.

Quinta. ¶ Laudabile obtarmicum tempore presentis pestis maxime salutare de tribus partibus camphore, ambre uero de duabus et ellebori albi parte semiuna, per se tritis conponatur, quod solum diebus quindenis naribus iniectum radices uirium humanarum custodit, uitam reuocans percussam, miraculo summi dei.

Sexta. ¶ Virtutes tyriache, cui boni metridati duplum, si possibile est, sit admixtum, qualibet media nocte nona, nisi tempore fuerit maxime calidum minime postponatur, nam sumentem cum mero aromatico quantitatem luppini et usque ad meridiem ieiunantem reddet innoxium a peste pariter et securum.

Septima. [Bl. 12^{r}]. ¶ Si sudores capitis tediosi siue grauitas membrorum uentosa uel pungitiua uel saltus cordis sincopalis uel febrilia seu eminentie fuerint inconsueta, illico medicamine imperiale secundum uirtutem patientis assumatur alias ter septimananti, cenam postponendo et permaxime aere conturbato dicti medicaminis usus prodest. Eminentie uero enuntoriorum quorumcunque infra duodecim horas fleubotomiis doctrinarum procurentur.

Octaua. ¶ Confectio ex aloe, croco, mirre fleumaticis ascribitur siue plenis per antiquos. Omnibus enim communis et apta erit, si pars boli armeni modice quantitatis post eandem sumatur.

Nona. ¶ Omnimode aduertendum est, ne primo indigesto alius cibus sumatur seu assumatur nec dormiendum nec coeundum seu species calidas mox comedere pleno uentre neque sitis aliquo modo tolleranda. Ex dictis namque gingitur sanguis [Bl. 12^{v}] leniter putrefactibilis quo ad presens.

Decima. ¶ Spernens carnes grossiores quorum corpora herbis quibuscunque sint nutrita vna cum cepis, alleis omnique uiridi siue fructu siue herba, exceptis aliquibus cordialibus acetosis, totumque genus nouorum leguminum usque ad cicera, lentes, risi comedere non presumas omnibusque uolatilibus, demptis aquosis, uti poteris carnesque iuuenum castratorum, que si possibile fuerit aceto condiantur, abiciens lac quodlibetque subito corruptum.

Undecima. ¶ Temporibus ieiunij squamosos tantum assos comedent utique uino siue aceto conditos omnisque [!] recentibus tremulis uesci poterint cum agresta uel aqua rosacea uel mixtura cordiali commistis.

Duodecima. ¶ Opprecus panis non sumatur sed bene fermentatus perhendie coctus modice portionis vinumque subtile solum album, in quo candentis auri [Bl. 13^r] lamina sint extincta. Nam tale uinum preseruat, teste Macrobio, cor, cerebrum et epar a putrefartione qualibet uenenosa.

Tertiadecima. ¶ Flore cynnamomi nec non interioribus eiusdem, sandalis, mustacellinis, modico ligno aloes, zedoario sapienter camphoratum cum suco limonum, arangie, agreste, acetose, aceti et citrorum cum paucis gariofolis, quantum possibile est, condies omnes cibos tuos.

Quarta decima. ¶ Omnes confectiones et electuaria ac pulueres pro presenti cordiales quantumcunque a famosis magistris posita, solum aromaticum rosatum Johannis Ebenmesue quacunque hora sumptum exuperat et precellit maxime, si legaliter componatur.

Quinta decima. ¶ Remedium posuerunt philosophi ultimatum, specialiter Auenzoar, ne loca in quibus uapores et resoluciones hominum frequentantur corporares [!] sub protectione salutis adeamus. Hec enim nigre tingunt animam, corpus, ossa solida pariter cum medullis.

[Bl. 13^r] Secunda pars.

¶ Quo ad lapsos in hunc pestiferum morbum premicto, hunc morbum materie uenenose uerisimiliter posse comparari, que a tota proprietate et a tota substantia, non a calido nec a frigido corpus perimit, petens minas uirtutum, scilicet cor, epar et cerebrum, unde ad cognoscendum, quis locus sit infectus, ut quilibet sibimet medicus fore posset in tempore tam angusto, dico quod sex sunt emunctoria in corpore notabilia, scilicet cerebri duo retro aures uel sub gula, duo cordis sub assellis, duo epatis in inguinibus.

¶ Item dico comunes morbos epidimicos infra diem naturalem fore confirmatos, et ideo subitum remedium adhibendum est.

¶ Quoniam igitur cor ab aere uenenoso inficitur, senciens

eius infectionem uia duplici. Nam si fortis est, infectio sub assellis subito apparebit, nisi illa materia cor petens uias inuenerit multum opilatas, tunc enim [Bl. 14r] aliquotiens ad epar reuertitur et in inguinis secundum disposicionem lateris sani collocatur. Hoc idem senciendum de cerebro dico, asserens illius emunctoria fore magis mortalia.

¶ Quia igitur auctores uolunt, quod hec materia fleubotomia sit principaliter euacuatiua, est aduertendum, quod nullo modo post confirmacionem morbi ratione morbi est adhibenda fleubotomia in eadem parte nec in alia sed subito ante confirmacionem, si fuerit possibile, de proximiori loco eminentie illico cum apparuerit abstrahatur. Nam si fuerit eminentia cerebralis de eadem parte, ex uena cephalica uel ex uena inter policem et indicem reperta sanguis extrahatur. Sed si eminentia fuerit cordialis, ex cardiaca eiusdem partis minuatur. Si uero ex epate, ex uena talli uel ex uena reperta inter pollicem et proximum digitum illius pedis minutio celebretur uel [Bl. 14v] saltim scarificatio, si fuerit debilis, cum uentosis, non obseruando tempus neque lunam quo ad presens. Deinde patienti pulueris huiusmodi cum aqua rosacea damasceni vna propinetur. Est enim tanta uirtus in illo, quod totum residuum materie uenenose, quam fleubotomia extraxit potenter consumit, disgregat, euentat per insensibiles uapores seu sudores.

Ecce puluis:

¶ Recipe radices pimpinelle, tormentille, diptami ana, exsiccentur in umbra et puluerisentur. Item quelibet istarum herbarum, ubi alie defuerint, sola iuuat. ¶ Istud autem in principio faciendum est. Multi enim ex hoc regimine euaserunt. Sed morbo confirmato, si paciens sit robustus, subito purgetur medicina conpetenti. Nam nullo modo fleubotomia in hoc casu et passu sibi consulitur anteponi, quo purgato per medicinam, quam [Bl. 15r] solis peritis licet reuelare; nam purgat indifferenter corpora fortia et debilia una dosi. ¶ Emplastrum sine mora uel post duas scellas super emuntoria apponatur. ¶ ℞ gumme pini, thuris, substancie nucum, armoniaci ana, informentur emplaustra, quibus residuum successiue apponendo uenenose materie debite extrahitur. ¶ Item de dieta. Uinum ratione cordis non nocet, maxime album debile, cibisque leuibus, sicut pullo cocto cum cordialibus, casus appetitus restauretur. Nec non enim in hoc morbo digestio expectanda, ne calor fortis per dietam strictam compescatur, sed sola fortitudine nature supradicto modo recta aliqualiter possit admirari secundum philosophos, sed secundum medicinam modernam omnes nouo modo quasi extraneo creabuntur ut apparet. Amen.

¶ Explicit.

Vielleicht das früheste in England entstandene Pesttraktätchen und nicht uninteressant.

27 und 28. **Die Pestschriften des Johann von Burgund und Johann von Bordeaux (1365, 1390)**

sind im V. Bande dieses Archivs, S. 58—75, von mir schon ergiebig behandelt. Zusammenfassungen und Nachträge hat Frau Dorothe Waley Singer in den Annals of Medical History 1917, S. 349—411 und in den Proceedings of the Royal Society of Medicine 1916, Vol. IX, p. 159—175 veröffentlicht, auf die ich gern verweise. Mit kleinen Nachträgen und kleinlichen Besserungen mag ich den Leser nicht aufhalten oder behelligen.

28. **Quaedam exhortatio bona contra morbum pestilencialem sive epidemialem (1383?) in Briefform.**

Dies aufklärende Sendschreiben: „Dilectissime frater, ut intellexi, multum times pro instanti pestilentia . . .“, das ich Bd. V, S. 75—80, besprochen und veröffentlicht habe, findet sich gleichfalls von Frau Singer (in den Proceedings S. 16/17) erwähnt und 16 Abschriften festgestellt, alle ausschließlich in England anzutreffen, woher auch meine Vorlagen stammten. Weiteres Material ist mir nicht zu Händen gekommen; ich verweise also auf die kurzen Mitteilungen von Frau Singer und die meinen a. a. O.

28o. **Contra pestilenciam. Magister Henricus Horne Doctor in Medicinis domino T. Goldstone Monacho ecclesie Christi Cantabrigensi etc.**

Ich stieß weiland auf dieses kurze Peststück im ***Ashmole Codex 396,*** Bl. 43 recto. Es befindet sich auch im Corpus Christi College in Cambridge und Frau Singer hat in einigen Zeilen (a. a. O., S. 17) im Anhang an die Epistel „Dilectissime frater“ darauf hingewiesen. Es sei eine eingangs gekürzte Wiedergabe dieser Ermahnung in Briefform, was tatsächlich stimmt. Doch möchte ich den Anfang des Schriftstückes dem Leser nicht vorenthalten. Er lautet:

In primis omnino aufer omnem timorem, grauedinem, tristiciam, cogitacionem timidam et turbulentam. Sis letus, hillaris et iocundus et ante omnia semper dispone animo tuo pro salute eterna ad reminiscenda [?] purgata, que ipsa anima tua, dilecta sponsa dei, sic corpori tuo medicinam prebeas siue ordine [?] respondeas iuxta doctrinam hanc: Primum caueas omnino nimiam replecionem, caueas gulam, ebrietatem et balnea et super omnia caueas choitum et abstine ab omnibus cibis et potibus malis. De fructibus autem nichil aut parum comedas nec edas porros, allea, cepas, piper, grana paradisi et talia que nimis calefaciunt,

nec gustes carnes, in quibus regnat pestilencia, scil. carnes illorum animalium, que ipso pestilenciali tempore eciam inficiuntur. Et si tempus sit excessiue calidum, minus comedas quam bibas . . . [das stimmt tatsächlich von „primum caueas“ Zeile 6 ab fast wörtlich mit Zeile 20—26 auf S. 77 des V. Bandes des Archivs und läuft dann auch in kaum gekürztem Wortlaute weiter bis zum Schlusse = Zeile 90, S. 79ff.:] Item caueas nimium laborem et sudorem in tempore calido, quia cum pori sint nimis aperti et dilatati, intrat aer venenosus et corpus inficit et spiritus vitales mortificat. Item si aliquando fervorem temporis fortiter sencias, bibas aliquociens aquam frigidam aceto mixtam. Item caueas ab omnibus speciebus calidis. Et semper deo sis paratus.

Es fehlt also nur das unorganisch angefügte Rezept, das auch manche Handschriften des „Dilectissime frater“ nicht bringen; der medizinische Text der „Exhortatio“ ist also im wesentlichen vollständig hier wiedergegeben. (Ich habe dem Stücke nur deshalb hier eine neue Nummer gegeben, weil in meinem Abschnitt III die „Exhortatio bona“ versehentlich unter der Nr. 28 geführt war, die S. 58 schon verwendet war für Johann von Bordeaux.)

281. **Diaeta tempore pestis aus dem Ende des 14. Jahrhunderts.**

Im *Codex 1723.* ***I. 1. 1. 31*** der Universitätsbibliothek zu Cambridge trifft man Bl. 211—212 auf eine „Dieta subscripta inventa est, composita et bene probata anno Regis Richardi II a peritissimis medicis totius . . . pro sanitate corporis conservande contra morbum pestilentiam“, der Schrift nach noch dem 14. Jahrhundert angehörig, wie denn auch König Richard II. 1377—1399 regierte. Weiteres über diese Pestzeiten-Diätetik habe ich mir nicht notiert.

282. **Ein Regimen preservativum de peste per dominum Jo⟨hannem⟩ Sp.**

Unter der Überschrift „The Tractate of John (of Speyer?), of about the Middle of the Fifteenth Century“ hat Frau Singer a. a. O. Nr. XIV, S. 33/34 auf einen fünf Seiten langen Traktat im ***Additional Codex 4897,*** Bl. 262r—264r des Britischen Museums hingewiesen, den ich schon länger kannte. Er ist im 15. Jahrhundert gegen Ende aufgezeichnet und lautet:

Regimen preseruatiuum de peste per Do. Jo. Sp. Ex quo plures tempore epidimiali et pestifero contagio inuaduntur et moriuntur, qui ex se ipso ad hoc minime paratj fuerunt, immo et si a loco contagii remoti fuissent, mortuj non fuissent, nec etiam talis morbus in eis generatus fuisset. Secundum

A⟨uicennam⟩ prima quarti tractatu quarto capitulo primo: Alij etiam quam plures et si ex proprijs materialibus huic morbo sint contrarij et ipsius contagio minime apti, solo tamen timore compulsi fugiunt, postposita etiam charitate proch dolor morj permittunt ex defectu visitationis aut administratione necessariorum idcirco perutile videtur, ut regimen preseruatiuum, quod curatione nobilius est secundum Ga⟨lenum⟩ septimo tegnj tercia: vnicuique publicetur et sit in remedium contagionis et mortis, secundum autem in solacium timoris. Cum igitur dicit Auicenna secunda primi, doctrina secunda capitulo primo: Non omnis causa que corpori aduenit, in ipsum operatur, imo prius hec tria sunt necessaria, scilicet fortitudo, virtutis agentis sufficiens dispositio patientis et tantum tempus a quo contactu vnius ad alterum fiat actio, cui etiam concordat Aristotiles octavo phisicorum et primo de generatione. Idcirco prius regimen preseruatiuum in 3 partes divisi [?] quarum prima monstrabit, qualiter cause sit obuiaudum et eius actionj resistendum, secunda vero qualiter corpus est regendum, ut inpressionj huius cause non sit aptum, tercia vero docebit, quoniam necesse est in breuj tempore prouidere, si forte quid absit per contactum horum duarum causarum et signis earum et modo generacionis huius morbi. Caueas ab aere putrido, fetido, nebuloso, a balneis, stufis et a soli radioso et super omnia caueas visitare loca infirmorum infirmitate epidimialj, sed eligatur habitatio aerea alta, nisi tempus sit nebulosum et sit distans a locis paludosis, lutosis, fetidis et aquis stantibus putridis fossatis et habeat fenestras vento septentrionalj discoopertas. Dum tamen ille ventus non transeat per loca putrida a talj peste infecta, nec per caules nec per nuces, erucas, ficus, nec etiam per quecunque loca generaliter, in quibus sibi aliqua putrefactio posset admiscerj, sicut legitur in Alberto, quod pestis generata est in certa patria, eo quod ad eam ventus quidam flaret, qui infectus fuit ex cadaveribus mortuorum existientibus in loco distante bene per 60 milia. Nec etiam aperiantur fenestre de mane nisi post ortum solis et igne facto in domo de lignis juniperj, fraxinj, vitis, rorismarinj aut etiam ex alijs lignis siccis aerem rectificantibus. Item debet aer rectificarij in infrigidando et exiccando ipsum, quoniam iste sunt qualitates putrefactioni contrarie, et hoc debet fierj aspergendo domum cum herbis frigidis sicut folijs vitis aut salicis aut folljs rose aut nenufaris aut irrorando domum cum aqua rosarum et aceto aut etiam fumigando domum cum aromatibus sicut cum cipero, thure, laudano, sandale, ligno aloe. Multum eciam vtile est de mane ante exitum domus os et nares lauare cum aceto, decoccione absinthij. Potest etiam in eadem decoctione intingj [Bl. 252ᵛ] spongia et portarj in pixide ad odorandum, aut loco eius capiatur pomum ambre, prout sequitur aut rose temperate in aceto aut aqua rosarum et ligate in panno serico ad modum pomj rotundi.

Debent eciam, qui habent visitare infirmos, tenere semper in ore folia absinthj aut radicem zedoarie, que valet contra omne venenum, immo contra certum venenum contra quod parum aut nichil valet tyriaca secundum A⟨uicennam⟩ quinto canone capitulo proprio. Ratio vero horum omnium est, quoniam ista alterant aerem et ipsum denudant [?] a venenositate sua, antequam possit penetrare ad cor. Pomum ambre ℞ . . . notandum quod venenum non agit in quodcunque corpus sed in corpus preparatum et dispositum, quod est in triplicj differentia Queddam enim est dispositum quia latos habet poros et arterias per quas cito petit venenum cor, sicut dicit Auicenna, quod napellus non interficit turdos sed homines sexta quartj capitulo secundo. Alia sunt disposita quia sunt humoribus plena, que cito putrescunt, alia sunt disposita et preparata ad hunc morbum quia sunt calidj sanguinis, faciliter ab extraneo calore incensibilis et hinc est quod dicit Aristoteles septimo de animalibus, quod pisces non paciuntur pestem. Alia sunt disposita pati a veneno, quia sunt debilia et non possunt resistere sicut multiplicantia coytum quarti prima tractatu quarto capitulo primo. Aduertendum igitur quod necesse est corpus exiccare et calorem naturalem in suo esse conseruare, cor confortare et poros claudere latos. Caueat igitur a coytu, quia ille calorem naturalem diminuit, corpus et sanguinem calefacit, cor debilitat et maxime contagium prestat et secundum Auicennam prima quarti capitulo preallegato corpora multiplicantia coytum sunt intercetera huic morbo magis apta. Caneatur eciam ab exercicio et motu laborioso, quia hoc necessitatem facit multum aerem attrahendi et poros aperit et sanguinem ebulire facit. .Et propter eandem causam cauendum est ab ira et superfluo gaudio. Nocent etiam tristicia, melancolia, fixa ymaginatio et cogitacio, quoniam ad ista sequitur motus et reuolutio spirituum animalium inordinatus. Sed sit exercitium temperatum, somnus nocturnus corpore bene cooperto et vita leta. Somnus etiam diuturnus in non assuetis valde nocet, quia superfluitates retinet et egritudines generat humectantes secundum Auicennam tertia primi dotrina secunda capitulo nono.

Item vnusquisque solicitus esse debet, ut qualibet die subductionem habeat ventris et si non naturaliter et per se saltem cum suppositorio de melle aut butiro salito aut cum enemate licet per subtus, per superius vero cum pureta pisorum, pureta boraginis, lactuce, violarum etc. aut potatione serj euiro [? Bl. 263r] facto aut lactis acetosi, ex quo extractum est butirum. Ab Auicenna enim valde laudatur capitulo pro⟨prio⟩ quia materiam euacuat que preparata est putrefactioni et adustionj. Sic enim corpus regendo mundificabitur et a peste preseruabitur, quoniam secundum Auicennam loco preallegato corpora magis huic morbo preparata sunt corpora humida plena. Munda enim non forsitan patientur ex illo.

Item regimen vite in cibo et potu breuiter dicam. Caueatis ab omnibus carnibus et piscibus sale, sole aut fumo exiccatis aut alio modo diu conseruatis, dure digestionis, ab omnibus pinguibus fructibus et herbis crudis sicut piris, pomis, cerasis et precise a fructibus autumnalibus sicut fabis, pisis, esculis castaneis, moris maturis etc. Caueatis a caseo mollj, lacte et sinapio, pipere, porro, allio, cepe et generaliter ab omnibus speciebus sanguinem fortiter calefacientibus, sicut sunt piper, zinziber, grana paradisi. Item caueat sibi quisque tollerare famem aut sitim, immo capiatur cibus quantum magis cito capi potest, ne stomachus vacuus recipiat aerem, quem ex se ipso alterare non potest, quin ad cor penetret ipsum debilitando et spiritus alterando. Dicit enim Auicenna capitulo secundo dicto, quod plures euaserunt qui audacter comederant. Sed caute cibo vtendum est, ne quis se ita repleat ut fastidium aut saturitatem paciatur, quoniam illa est una causarum, quam dat Auerroys, quare scilicet post tempus sterilitatis comuniter sequitur pestis, et idem etiam elicitur ab Auicenna tercia primj doctrina secunda capitulo septimo.

Item panis sit mundus, tener, fermentatus et bene coctus. Carnes sint vituline, edine, mutonine, pullorum, caponum, capriolorum, perdicum et aliarum auium. Fructus sint amigdale excorticate et vue passe, ficus cum nucibus, pira uel poma cocta cum coriandro, et pro potagio capiantur pureta pisorum uel pureta de boragine, spinachia, lactuca et acetosa aut aqua pulli caponis uel vitulj uel bouis vel colature ex hoc. Valet eciam diebus piscium vtj lacte amigdalino, ordeo mundato, colaticio cancrorum fluuialium. Oua sint elixa noua mollia. Pisces sint aque dulcis, que est munda non corrupta sed currens, et breuiter vtilius est, ne quis vtatur piscibus, quando ipsos prius viuere viderit.

Item preparentur tam cibi quam salse cum acetosa, adianto [?], vite aut aceto. Dicit enim Auicenna tertia primi doctrina secunda capitulo primo, quod in cibo et potu aceto vti tempore pestilentialj est nocumentj ipsius securatio. Item sit vinum clarum purum, debile, temperatum cum aqua bulita sana munda clara, neque aduertatur sermo illorum quod eorum calefacit sanguinem et ergo prohibendum est in tali tempore quamuis vinum sit calidum; hoc tamen non est nisi quadam naturalitate, qua etiam dicitur ab Auicenna tertia primi doctrina secunda capitulo septimo: cor confortare et nouos spiritus generare dummodo moderate sumatur. Cuj etiam concordat Rases tercio almansoris. Neque etiam est caliditas sua extranea illu-[Bl. 263]minans, sed est naturalis subtilis spirituum generatiua, membrorum principalium confortatiua, rectificans defectum nutrientium quibus admiscetur. Sciendum quod hoc tempore corpus preseruantia sunt in multiplici differentia. Cauenda enim sunt que suj proprietate valent, quia habent a tota substantia veneno contrariari

et ipsum a corpore expellere, si sit, aut corpus ab ipso seruare, ne suscipiat sicut tyriaca bona antiqua, de qua dicit Auicenna quarto canonis capitulo pro⟨prio⟩, quod ille quj tempore sanitatis ea vsus fuerit, securus erit a morbo epidimie. Auerroys tamen dicit quod tyriaca omnino debet darj tempore sanitatis, nisi in duobus casibus scilicet ante cibum, cum cibus habetur suspectus et tempore pestilentialj. Bernardus tamen vult quod tyriaca ideo valet contra venenum, quia cor confortat et venenum attrahit et expellit a corpore, et ex summa istorum etiam est metridatum, de quo dicit Auicenna sexta quarti capitulo primo, quod expertum est iuuamentum eius. Et similiter dicit Rases octavo almansoris capitulo secundo, quod si venenum tribuatur vtentj eo, non ej nocebit. De istorum numero est etiam tormentilla et herba trunce [?] quam vocat Dyas⟨corides⟩ polemonion et grana juniperj, de quibus dicit Auicenna sexta quarti tractatu primo capitulo vltimo, quod eis in hac intentione non est par. Alia sunt que ideo corpus a peste preseruant, quia poros opilant et ita venenum prohibent ad cor ascendere, sicut bolus armenus, de quo dicit Ga⟨lenus⟩ quod capj debet in puluere cum aceto et aqua. Sed Auicenna dicit secundo canonis quod capi debet in puluere cum vino subtilj, ut producat ipsum ad cor, sed vinum debet temperarj cum aqua rosarum et hoc est valde vtile specialiter pro illis qui faciliter incurrunt fluxum ventris, et ex istorum numero sunt terra sigillata, ficus cum nucibus auellane, de quibus dicit Rasis octauo almansoris cap. secundo quod omnis venenj nocumentum prohibent, cuj concordat Auicenna secundo canonis capitulo de nuce et sexta quartj capitulo proprio. Alia sunt que ideo preseruant, quia si quid venenosi in corpore inueniant, statim sumpta expellunt et eijciunt sicut terra sigillata vomitiua et tyriaca sua secundum Auic. sexta quarti capitulo vniuersali et ad hoc allegatur Ga⟨lienus⟩ ab Auicenna secundo canonis capitulo proprio. Et similiter dicit Rases octavo almansoris capitulo secundo quod si quj ipsum sumit, vomere non cessabit, quousque totum euomat venenum et ex summa istorum sunt alia. Dicit enim Auicenna sexta quarti capitulo de morsu canis rabiosj tractatu quarto, quod allia sunt ex hijs que resistunt venenis et abscindunt ea et repellunt ipsa a corpore ubj non excusatur eorum vsus, et de numero istorum sunt etiam carnes serpentum, quia venenum faciunt penetrare ad cutem et sudore expellunt illud, sicut narrat Auicenna secundo canonis de quodam, cuj ex comestione illarum accidit exitura magna in collo, quam aperuit et exiuit; caro eius conuersa est in petriculos [paniculos?]. Alia sunt que ideo corpus a peste preseruant, quia humores a putrefactione custodiunt, putrefactas expellunt et cor confortant, sicut sunt pillule comunes que tamen quamuis diuersimode fiant, tamen secundum doctores medicine debent capj due partes aloes cicotrinj et mirre et crocj ana pars vna

et ex illis conficj pillule cum aqua scabiose [Bl. 264r] et de illis dixit Paulus Ruffo quod neminem viderit hanc medicinam in principio mortalitatis bibentem qui non euasisset, sed quia hic sunt multa et varia que confusionem generant pocius quam iuuamentum, idcirco consulo quod ex hijs omnibus talis regula habeatur, vt scilicet vno die capiatur vnum, altero autem die alterum, ne natura assuefiat in aliquo istorum, ut puta quod vno die capiantur iij aud v pillule comunes, secundo vero die tyriaca aut metridatum cum aqua scabiose, tercio autem die de bolo armeno cum vino aut aceto temperato vtatur et sic diuersis temporibus diuersis adiuuetur adiutorijs. Hoc autem quod hodie a modernis medicis ex hijs omnibus magis laudatur et summe elicitur est, ut intermixtis diebus capiatur de puluere qui sequitur ad quantitatem fabe super testam panis intinctij in vino odorifero temperato cum aqua scabiose aut acetose[1]) ℞ bọli ar⟨meni⟩ ℥ i, rad. tormentille, cinamomi electi, rad herbe trince [?] ana ʒ iij, terre sigilla⟨te⟩ ʒ ij, dyamargariton ℥ semis, zuccare dissolute in aqua scabiose ℥ 4 cum modico succo acetose et fiat puluis subtiliter cribratus de pixide.

Propter secundum notandum, quod venenum ex sua natura petit cor cuj a tota substantia contrariatur, ut patet sexta quarti, sed tamen in corpore latere potest per certum tempus, antequam interficiat, ut declarat Haly tercio tegnj super causam pecando [?] in fine. Idcirco interim aliquis sentit punctiones in emunctorijs et adhuc est in almeliatu [?] et venenum adhuc latet, festinet capere tyriacam bonam aut quod magis laudo capiat vij grana vnicornu cum aqua scabiose, hoc enim miraculose veneno resistit et ipsum a corpore expellit, et pọstea se flebotomet, quamuis quidam dicunt, quod primo debet fierj flebotomia. Sed summe cauendum est, ne hec flebotomia inordinate fiat. Debet enim fierj in loco magis propinquo illj in quo sentitur materia velle expelli, ut puta si punctiones sentiantur retro aures fiat flebotomia de cephalica in brachio eiusdem lateris. Si uero in inguinibus fiat flebotomia de vena poplicis eiusdem pedis aut quod fortius est sub cauilla domestica eiusdem pedis. Si vero sub ascellis fiat flebotomia de vena nigra eiusdem brachij, quia secundum Auicennam quarta primi capitulo secundo [20?], ista curat ducere a corde et emunctorijs suis, quia iste locus est medius inter collum et ypocundria et igitur etiam sortitur. Nota illud et vocatur vena cordis, quamuis Ga⟨lienus⟩ secundo regiminis acutorum super can. illo, quando ergo dolor videtur velle, quod vena epatis id est basilica directius exeat ab hoc loco qui dicitur titillicus. Deinde summe cauendus est summus [statt „somnus"], somnus enim maxime nocet in hoc casu, quia ducit calorem naturalem ab exterioribus ad interiora et ita venenum peruenit ad cor, secundum quod de-

[1]) Am Rande von gleicher Hand: hoc est preseruatiuum M. Jo. Juch. [?].

clarat Auicenna sexta quarti tractatu tercio capitulo primo. Deinde si corpus sit plectoricum et venter constrictus, capiantur pillule comunes ad quantitatem vnius ʒ. Amen et sic est finis. D. Jo. Sp.

Abgesehen von der Einleitung bringt der Text so ziemlich das Gangbare, wenn auch der Rat, Fische nur zu geniesen, falls man sie vorher noch lebend gesehen hat, in den Pesttraktaten weiter nicht vorkommt. Daß die Schrift in einer im Handel gekauften Handschrift des Britischen Museum steht („Additional Ms.“), beweist natürlich gar nichts für einen englischen Verfasser. Aber auch in kein bestimmtes anderes Land weist der Inhalt unseres Traktates. Frau Singer a. a. O. vermutet denn auch hinter dem Johannes Sp. einen Mann aus Speier und stellt scharfsinnige Identifizierungsversuche an. Daß Verfasser neben Galen, Avicenna, Averroes, Razes, Hali, Paulus, Rufus usw. einen Bernardus nennt, weist ja allerdings auch nach dem Mittelrhein. Aber der Frankfurter Pestautor Bernardus (dies Archiv Bd. VIII, S. 244 ff.) dürfte auch weiterhin bekannt gewesen sein. Trotzdem ist es höchst zweifelhaft, ob dieser Pesttraktat des Joh. Sp. zu Recht hier bei England steht, trotzdem die Schriftzüge immerhin von einer englischen Hand herrühren könnten.

283. **„Kamintus“ englisch.**

Der umgearbeitete Johannes Jacobi, angeblich des Bischofs von Westeraes, ist in englischer Übersetzung mehrfach gedruckt, wofür zwei Beispiele:

¶ Here begynneth a litil boke the whiche traytied and reherced many gode thinges necessaries for the infirmite and grete sekenesse called Pestilence the which often times enfecteth vs made by the most expert Doctour in phisike Bisshop of Arusiens in the realme of Denmark etc.

At the reuerence and worship of the blessed Trinite and of the glorious virgyn saynt Marye and the conseruation of the comyn wele of alle cristen people . . .

Das 9 Blätter (+ 1 leeres) starke Büchlein ist nach dem Exemplar der John Rylands Library zu Manchester 1910 (bei Bernard Quarich usw.) als Nr. III der „John Rylands Facsimiles“ mit ausführlicher Einleitung von Guthrie Vine erneuert worden. (Vgl. auch Frau Singer a. a. O., S. 26/27, wo auch Anm. 5 englische Handschriften zitiert werden.)

Einen weiteren, gleichfalls zu London in quarto bei W. de Mechlinia hergestellten Druck sah ich zu Cambridge, der sich auf

der Universitätsbibliothek dort befindet (Inc. 5 J. 3. 5), leider nur unvollständig erhalten:

> Here begynneth a litile boke necessarye || ꝛ behouefull aȝenst the Pestilence.
>
> [ ]t the reuerence ꝛ worship of the bles || sed Trinyte ꝛ of the glorious virgyn saynt marye ꝛ the conseruacion of the || comyn wele of alle cristen . . .

Für alles Weitere verweise ich auf ARNOLD C. KLEBS Pestinkunabel-Liste.

284. **De Pestilentia.**

In sauberster Schrift kurz nach 1400 in England aufgezeichnet, trifft man im ***Ashmole-Codex No. 1391*** auf *S. 37 bis 42* auf eine stark mit Autoritäten belegte kurze Pestausarbeitung, in der als auf seltener sonst angeführte Quellenautoren auf JOHN GADDESDEN und BERNHARD VON GORDON Bezug genommen wird.

De pestilencia.

Deus qui sanat omnes egritudines et omnes langores, det nobis suam gratiam, vt dicit Gali⟨enus⟩ 12. de ingenio sanitatis capitulo primo, qui tamen intendit, vt placeat infirmo, non est homo suam volens sanitatem, et quia oportet quod infirmus sit obediens medico et quod medicus non sit talis, qui clamat scientiam suam per forum et nundinas, de quo scribit Ga⟨lienus⟩ tercio pron⟨osticorum⟩ comento nono: Sed medicus secundum rem, qui scit modum et qualitatem operandi et studuit in libris scilicet per tempora longa, quia ars longa est, dicit Ypo⟨cras⟩, et qui vidit et operatus est, quia in tali est confidentia sanandj et medicinas conponendi vnde Johannes Gaddysden in prohemio sue practice recitat Gal⟨ienum⟩ septimo de ingenio sanitatis in suo prohemio dicentem: non est possibile per aliquid fieri proximius deo, quam per scientiam. Tamen ego minime sciens et porciunculus in scientia artis medicinalis cum gracia dei dicta intendo contra aerem pestilentialem secundum scire meum cum supportacione legencium et me rogancium breue opusculum ordinare, et totum quod in illo dicetur erit autenticum vt mea longa experiencia probatum. Et primo secundum Gal⟨ienum⟩ in libro de febribus ex nulla corrupcione [S. 38] patitur corpus, nisi corporis materia preparata sit et quodammodo subiecta corruptioni, quia sicut ignis non ardet nisi in materia conbustibili, sic aer pestilencialis non nocet corpori, nisi inuenerit materiam corrupcioni paratam. Quapropter corpora munda et in purgacionibus non neglecta permanent salubria. Tamen bonum est cauere et ad aerem corruptum non appropinquare. Similiter et aliqui alij non sunt dispositi ad suscepcionem illius aeris et sunt illi quorum complexiones licet occulte sunt contrarie com-

plexioni aeris maliciosi, aliter vbicunque ille aer maliciosus esset, infirmarentur omnes et morerentur, quod non est verum. Et quod ille complexiones que sunt contrarie complexioni aeris corrupti sunt cause, quod aliqui melius cônseruarentur et tardius corrumperentur. Patet, quia piscator si sit colericus scilicet calidus et siccus potest melius et longius durare in opere suo propter complexionem contrariam, scil. fleumatica cuiusmodi est aqua quia frigida et humida, et sicut caliditas et siccitas in piscatore resistunt frigiditati et humiditati aque, ita in proposito illo cuius complexio est contraria complexioni aeris venenosi potest diucius durare et tardius corrumpi. Similiter [S. 39] aurifaber si sit fleumaticus, scilicet frigidus et humidus potest melius et longius durare in opere suo propter complexionem contrariam scilicet colericam, cuiusmodi est ignis, quia calidus et siccus et quia sicut frigiditas et humiditas dominantur in aurifabro et resistunt caliditati et siccitati ignis, ita et ille cuius complexio est contraria complexioni aeris venenosi potest diucius durare et tardius corrumpi. Et unde[?] aer sit corruptus, in diuersis diuersos generat morbos secundum diuersitatem humorum, quia semper agens agit secundum disposicionem materie existentis, tunc vt corpus non sit dispositum ad recepcionem huius aeris, vitet vnusquisque nimiam replecionem cibi et potus, vitet magnum laborem, quia dicit Bernardus de Gordonio libro primo de curacione effimere. Si aliquis fuerit crapulatus et postea se exercitet fortiter, timendum est de febre putrida. caueat ergo de crapula et magno labore, vitet coitum et vitet omnia que corpus rarificant et poros dilatant, quia cum pori sint aperti, intrat aer venenosus corpus perforans et spiritus corrumpens et tunc ille aer sic receptus vadit ad cor et ambit totum corpus et nutritur ex cibis et potibus corruptis; vitet ergo vnusquisque replecionem cibi et potus, vitet eciam crotum [!] et specialiter in tempore calido, vitet omnia confecta cum melle, vitet allia, cepas, porros et omnia que [S. 40] replent caput et vitet omnia que nimis calefaciunt vt piper et grana paradisi etc. Vitet eciam et quietem et specialiter ille qui dolebat multum laborare et iam vtitur cibis et potibus nutritiuis, quia in illo natura est sopita et materia putrefaccioni magis preparata. Vitet omnes fructus preter fructus acetosos et parum vtatur de illis nisi sint mala granata et si tempus sit calidum bene sumat de illis et de eringijs. Item vtatur dieta subtili declinante ad acetositatem et ideo vtatur dieta condita cum aceto forti et specialiter cum aceto vini et potest vti aliquando vino bene limphato aromatico rubeo in tempore frigido sed albo in tempore calido, Tunc obseruatis istis recitatis, ad fumigandum antequam cameram exeat ℞ olibani albi ad pondus 6 denariorum, ladani ad pondus 2 denariorum, storacis, calamite ad pondus 8 denariorum, lignis aloes ad pondus 4 denariorum et fiat puluis subtilissimus et ponatur super carbones viuos in medio

camere, et si pauper sit, fiat fumigacio cum folijs lauri et tunc deferat in manu sua pomum ambre vel aliquas herbas odoriferas ad alterandum aerem. Et scribo in hijs figuris precedentibus in arte medicinali non multum vsitatis propter desiderium aliquorum me rogantium. ℞ tormentille, pimpernelle, cicoree, cuius libet illorum ad pondus [S. 41] 3 denariorum, cubebarum, macis, calami aromatici, coralli rubei, sandali rubei, blatte bizancie cuiuslibet ipsorum ad pondus 2 denariorum, ambre, spodij, iacinctorum, smaragdorum, margaritarum, saphirorum, ossis de corde cerui, mirre, cuiuslibet illorum ad pondus 2 denariorum et j oboli, auri foliati 12 folia, ligni aloes et camphore vtriusque ad pondus vnius oboli, florum boraginis, florum bugglosse, florum violarum et anthos, cuiuslibet ipsorum ad pondus 6 den., fiat pulius et vtatur. Istud medicamen multociens feci et in domibus diuitibus et pauperibus perfecte probaui et adhuc vix aut nunquam vidi aliquem infectum, qui illo utebatur et bono regimine. Tamen si pauper sit ℞ tormentille, cicoree et pimpernelle, cuiuslibet illorum ad pondus 6 denariorum, terre sigillate, boli armeniaci [!] vtriusque ad pondus ij denariorum, cubebarum, macis, gariofili, nucis muscate, cynamomi cuiuslibet ipsorum ad pondus 8 denariorum, florum violarum ad pondus 10 denariorum, fiat puluis et vtatur. Iam vlterius videndum est, si aliquis cadat in morbum pestilencialem propter defectum ventris et primo de remedio et quomodo sit procedendum, quia iste morbus post 24 horas confirmatus est, vnde necesse est illi statim remedium adhibere. Sed primo sciendum est, quod in corpore humano tria sunt membra principalia, scil. cor, epar et cerebrum et quo⟨d⟩libet ipsorum habet sua euacuatoria, vbi suas dimittit superfluitates. Cor habet sua euacuatoria scilicet sub acellaria, epar habet sua eua- [S. 42] cuatoria scilicet inguinaria, cerebrum scilicet sub gula aut sub auribus. Nam si sanguis infectus ad subcellaria mittatur, scitur quo cor grauatur et patitur, quapropter statim facienda est fleobotomia de cardiaca ex eadem parte. Si autem circa regionem epatis punccionem senciat, statim fiat fleobothomia in vena dextri brachij, scilicet vena epatis que est sub vena cordis. Et si epar ad inguinaria materiam depellat et iuxta membrum secrete nature, tunc aperiatur vena in pede ex eadem parte. Et post hoc oportet vigiliam et abstinenciam haberi et tunc vtatur triasandalo et diarodon abbatis cum conserua boratri et conf⟨ectione⟩ rosarum, violarum etc. Et nota quid dixi, fiat fleobothomia statim, hoc habet intelligi infra 12 horas, quia si post esset, vtrum valeret vel non dubito propter coagulacionem sanguinis. Tamen nocere non potest et bene scio in quanto cicius in tanto melius fiat, ergo in prima hora si minister poterit inueniri et semper fiat gubernacio et dieta sicut in febre continua. Tunc cum precedentibus et concedente altissimo potest esse quilibet quasi medicus preseruator et custos sui ipsius, non tantum ab isto

pestilenciali morbo, debet eciam a veneno et a multis alijs malis contingentibus in futuro. Ideo qui bona sencient, pro me orent.

Die gelehrte Einleitung zeigt einiges Eigene; sonst bringt das Peststückchen das Geläufige in gepflegter Form. Englische Herkunft tritt außer in der Schrift und in der Erwähnung des Oxforder Verfassers der Rosa anglica John Gaddesden und des Schotten (?) Bernhard Gordon nicht hervor.

285. **Pestregel aus England aus dem Ende des 15. Jahrhunderts.**

Der in England zur Zeit Heinrichs VII. (1485—1509), also gegen Ende des 15. Jahrhunderts geschriebene ***Cod. Ashmol 1435*** der Bodleiana zu Oxford enthält auf *S. 60—64* einen kleinen anonymen Pesttraktat, der hier mitgeteilt sei.

In nomine patris et filij et spiritus sancti, amen.

Tempore quo regnat morbus pestilencialis homo debet vitare porros, cepas, allium et omnia alia que nimis calefaciunt. Si vero homo multum sitescat [?] propter feruorem temporis, bonum est aliquando habere aquam frigidam cum aceto mixtam vel ptisanam, si habeatur, quia multum prodest, specialiter habentibus corpora calida et sicca, si colericos et hijs que sunt attenuate habitudinis et nullo modo sitis magna est tolleranda. cum vero homo sentit volutionem uel motionem siue punctionem, sanguis minuatur in eodem latere de vena propinquiore illi loco eadem hora, si posset fieri vel saltim infra sex horas et si nec tunc fieri posset, abstineat a cibo et potu, quousque sit minutus et omnino caueatur, ne minucio tardetur et quatuor horas, quia tanto tempore et non maiori materia est in motu et certum est, quod minucio proficit ad salutem. Si autem minucio fiat post confirmacionem morbi scilicet post viginti quatuor horas, in quibus multociens morbus pestilencialis confirmatur et coagulatur malus sanguis, certum est quod nocebit. sed non est securum quod a periculo liberarj poterit, quia tunc malus sanguis coagulatus est et condensatus, qui non potest exire de vena, quamuis sit percussa. Si quis vero male [S. 61] dietacionis causa et pro defectu boni regiminis cadat in morbum pestilencialem, isto modo potest remedium adhibere. Sciendum est quod in corpore humano sunt tria membra principalia, scilicet cor, epar et cerebrum et semper ille morbus generatur in aliquo istorum. Quodlibet autem istorum habet sua emunctoria, id est loca, vbi emittat suas superfluitates. Emunctoria cordis sunt sub ⟨as⟩cella, emunctoria epatis sunt inguinaria, emunctoria cerebri sunt sub auribus vel sub lingua et semper apparet morbus sub aliqua istorum. De generacione et causa istius morbi

est sciendum quod aer infectus et venenosus intrans per poros apertos qui commiscetur cum sanguine. Statim transit ad cor, quod est fundatio nature [?]. Cor vero sentiens nocumentum nititur defendere se et emittit sanguinem infectum ad emunctoria sua et tunc materia venenosa inueniens meatus illos oppilatos transit ad epar. Epar confirmiter emittit ad sua emunctoria, et similiter est de cerebro et eius emunctorijs et per hoc potest medicus scire, ex quo membrorum istorum morbus iste causatur [?] et per quam venam debet euacuari. Si morbus appareat sub acella, tunc prouenit ex corde et minuendum est de cardiaca, vbi de [S. 62] de vena cordis, et similiter est iudicandum de epate et cerebro. Si appareat in emunctoriis eorum, semper debet hominem ex eadem parte qua sentit dolorem sui nocumenti, quia si ex illa altera parte fiat, fient isto [?] mala. Primum est quod tunc sanguis purus et non infectus, transiret de sana parte et tunc corrumperetur sanguis in vtroque latere et sciendum quod peius est sanguis infectus, transiret per regionem cordis et cito causam mortis inferret. Si vero senciatur nocumentum in emunctorijs epatis, cito fit homo minutus in basilica dextri de vena dextre manus, que est inter auricularem digitum et medicum. Si vero epar depellat inguinaria et appareat gibbus iuxta membrum versus partem interiorem, sit homo minutus in pede ex eadem parte de vena inter policem pedis et articulum proximum, quia si homo minueretur in brachio, morbus traheretur sursum ad membrum nobile scilicet epar, et hic esset error magnus. Si vero gibbus apparet extra versus deorsum uel latus appareat vena que que est inter cauillam pedis et talum uel sit scarificatus uel ventuosatus inter scapulas cum pixide. Si vero appa [S. 63] reat in emunctorio cerebri, minuatur in brachio de cephalica id est de vena capitis, que est super venam que dicitur mediana uel de vena que est supra manum inter policem et indicem uel scarificetur inter scapulas cum pixide. Sanguine isto modo extracto, cor confortetur per electu⟨a⟩ria frigida que compescunt [?] ardorem cordis et distilletur aquam cum diptano, pimpernella et scabiosa et hec securissima est medicine dieta aut capari [?] morbi sit tenuis et exilis propter febrem, qui febris semper concomitatur cum hoc morbo vnde mille carnes eo medende sunt, dum homo est actualiter in hoc morbo uel ista febre nisi esset paruulus pullus uel pissiculi assati in craticula cum aceto, bonum est comedere tunc pulmentum amigdalorum et bibere ptisanam et seruicium [?] mediocrem. Si autem, vinum petatur infirmo, detur ei acetum mixtum cum aqua uel album vinum, si sit tenue siue debile et mixtum aqua et est multo melius quam rubrum. Item vtatur qui voluerit hoc puluere, qui valet contra omne venenum et omnem intoxicacionem; fiat puluis de per diptano, philadelphia, letifere, pimpernella cum bolo armenico [S. 64] et terra sigillata, quia quelibet herbarum istarum trita per se et cum

vino potata venenum emittit per locum morsure, sicut sanguis euacuatur per venam. Vitande sunt vero tempore pestilencie repleciones magne cibi et potus, balnea, et forcia vina, seruicia etiam et coitus et vt h⟨ab⟩emus multum concludam. Vitentur omnia que corpus rarificant et dilatant poros, quia cum pori aperti sunt, aer venenosus intrat cor et perforat et corrumpit illud. De fructibus parum aut nihil commedat nisi sunt acetose et acerbi. Qui perseuerauerit [das Weitere verlangt „preseruari", es steht aber „perseuerauerit" im Texte] vult a morbo pestilenciali, hanc medicinam obseruet, quantum descripsi. Deo gracias.

Etwas Besonderes enthält das kleine Pestregimen nicht.

286/287. **Das Pestpulver des magister Johannes Caesarij, medicus regis Angliae.**

In dem anonymen Münchener Pestkonsilium vom November 1481 aus „Campis", von dem im vorigen Archivbande (XVI) S. 36—46 Bericht gegeben wurde, an Hand des ***Cod. lat. 262*** der Münchener Staatsbibliothek, nimmt der Verfasser (vgl. a. a. O., S. 42, Zeile 310), vielleicht doch ein Niederländer, Bezug auf ein Pestpulver eines englischen Arztes, der zugleich Königlich Englischer Leibarzt gewesen sein soll. Der Wortlaut des Rezeptes ist dort nicht mitgeteilt, ich hole ihn also hier bei England nach.

Pulvis qui preseruat a veneno et ab aere venenoso ita quod vtens eo infici non potest propter venenum et est puluis expertus quem composuit magister Johannes Cesarij medicus regis Anglie ℞ pinpinelle, radicum tormentille, cinamomi ana ℥ semis, ligni aloes, macis ana ℥ j semis, granorum juniperi ʒ ij fiat puluis; vsus sit ut predictorum (siehe a. a. O., Zeile 301 ff.).

Es ist mir bisher nicht möglich gewesen, irgendwelche weitere Spur von diesem englischen Arzte zu finden. Ähnliche Pestabwehrpulver führen ja auch im Vorstehenden mitgeteilte namenlose Pesttraktate möglicherweise englischer Provenienz an.

* * *

Ein englisches Pestrezept aus dem Oxforder Cod. Laurentianus 598 (XV. saec.) sei hier gleich angefügt:

A medycyne for the plagke.

Item a handfull of therbe of grace, a handfull of one seth of goldes folie, sponfull of bere or ale as much homeston as

ye to the quantite of a walnut, one sponefull of vynyags, one sponefull of tryade.

A medycyne for elkyns to be gyven them bethoue, the Seynt Mary dayes . . .

Auch aus dem ***Codex L. l. 1. 18*** der Universitätsbibliothek zu Cambridge Bl. 64^v—65^v besitze ich textliche Pestsplitter, von denen nur die folgende Pestmedizin hier noch angefügt sei.

Pro pestilencia medicina probata.

Take vn croppes off Betan, 6 croppes off large [?] Mary goldes pelle and thermente off ichon iij croppes. Iste medicine fugiunt ex parte per Magistrum Gillar le Gardines et bene valent etc.

Damit sei diese kleine englische Pestreihe geschlossen.

---

288. Ein isländisches „Regimen contra pestilentiam secundum Doctorem Nich'ychin . . .“

Auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen *Det arman. Legat* A. M. 696. 4^0 wollte ich mir 1910 photographieren lassen, da mir aber Herr Kr. Kålund mitteilte, daß er es gelegentlich veröffentlichen wollte, sah ich davon ab: wußte ich es doch in den besten Händen. Ob es seitdem wirklich erschienen ist, vermag ich nicht zu sagen.

„Johan Warwichs danske Pestbog“, das J. W. S. Johnsson weiland aus dem *M. S. Thott 696.* 4^0 der Königl. Bibliothek zu Kopenhagen herausgab, stammt erst aus dem Ende des 16. Jahrhunderts.

Kleinere Mitteilungen.

Eine Liste von Galenschriften aus dem Anfang des 15. Jahrhunderts.

Hinter dem Schlusse eines ausführlichen Tegni-Kommentares[1]) findet sich im Ms. 24 der Nassauischen Landesbibliothek zu Wiesbaden von einer Hand um 1400 aufgezeichnet eine Liste dem Schreiber geläufiger Galenschriften, die immerhin historisches Interesse hat; ich gebe sie, des Raumes halber, einstweilen ohne Erklärung.

Isti sunt libri quos compoxuit Galienus licet inordinati.

In primis liber de elementis.
Liber de complexionibus.
De virtutibus naturalibus.
De malicia complexionis.
De simplicibus medicinis.
De juuamentis membrorum.
De interioribus.
De accidenti et morbo.
De febribus ad Glauconem.
De differentiis febrium.
De pulsibus.
De differentia pulsuum.
De diebus creticis.
De crixi.
De ingenio sanitatis.
De regimine sanitatis.
De secretis Galieni.
De experimentis Galieni.
De catarticis.
De lapide.
De farmacijs.
De flebotomia.
De spermate.
De motibns lacertorum.
De introductionibus ad tencrum [Teuthram].
De causis pulsuum ad tencrum [Teuthram].
De differentia doctrina et est tegni.
De constitucione artis medicatiue.
De optima compositione corporis.
De bona habitudine corporis.
De operacionibus animalium.
De anatomia uiuorum et mortuorum, ossium, musculorum, neruorum, venarum et arteriarum.
De operacionibus musculorum et motibus eorum et funccione [?].
De thorace et motu pulmonis.
De causis respiracionis.
De uoce.
De disnia.
De apostematibus.
De humorum multitudine.
De regimine puerorum.
De consuetudinibus.
De rigore.
De juuamento hanelitus.
De ycthericia.
De spera parua.
De tabe.
De hijs que in so⟨m⟩pnis dignotione.
De exercicio.
In summa sunt xlvij [andere Hand].

Sudhoff.

[1]) Es ist der in der Diss. von Justus Niedling, 1924, S. 19, in vielen Handschriften nachgewiesene anonyme „Tegni"-Kommentar „Tres sunt omnes doctrinae . . .", der hier dem Bologneser Niccolò Bertuccio († 1347) als Verfasser zugewiesen wird.

Druck von Metzger & Wittig in Leipzig.

Archiv für Geschichte der Medizin

Band XVII — September 1925 — Heft 4

Johann von Göttingen Arzt, Bischof und Politiker zur Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern.*)

Von

D.Dr. phil. KARL WENCK, Marburg.

Es ist vielleicht nicht genügend bekannt, in welchem Maße in Jahrhunderten des Mittelalters Ärzte, die damals wie alle Gelehrten dem geistlichen Stande angehörten, ihre klerikale Laufbahn durch die ärztliche Wirksamkeit, die sie bei hohen Herren betrieben, gefördert haben. Daß auf diesem Wege insbesondere päpstliche Gunst sicher zu erwerben sein mußte, bzw. gern gesucht wurde, leuchtet ein. Wie viele Inhaber des päpstlichen Stuhls waren hochbejahrt und hingen doch ängstlich und zärtlich an ihrem Leben um der Machtübung willen, die ihnen gewährt war, so lange das Blut regelmäßig in ihren Adern kreiste, andererseits wie leicht war der Papst in der Lage durch Verleihung einer ertragreichen Pfründe, eines hohen geistlichen Amtes sich dankbar zu beweisen für die am eigenen Leibe erfahrenen Proben ärztlicher Kunst.

Vor 150 Jahren erschien ein sehr gelehrtes Werk in Rom über die päpstlichen Leibärzte, das MARINI im 9. Jahrhundert beginnt, mit dem vierten Meister freilich schon ins 13. Jahrhundert hinüberführt.[1]) Die vorgelegte Liste läßt sich natürlich sehr vermehren. Hier sei nur an zwei auch von MARINI erwähnte Männer erinnert, deren Leben in den ersten Jahrzehnten des 14. Jahrhunderts im Zenith ihres Ruhmes stand, an den berühmten Katalanen ARNALD VON VILLANOVA, den Leibarzt von BONIFAZ VIII. und CLEMENS V. den Laientheologen und Politiker, und an PETER VON ASPELT, den großen Mainzer Erzbischof, dessen Gestalt dem Beschauer des Mainzer Domes auf seinem Grabmal so besonders eindrucksvoll entgegentritt. War doch dieser Mainzer Erzbischof bei der Erhebung dreier Könige, zweier deutscher und eines böhmischen, hervorragend beteiligt gewesen. Daß er aber seine Ernennung zum Erzbischof im Jahre 1306 der erfolgreichen ärztlichen Behandlung des kranken Papstes CLEMENS V. nicht zum wenigsten zu verdanken hatte, kann nach den eigenen, früher übersehenen Worten des Papstes und

*) Dankbar gedenke ich der Unterstützung, die ich für die Sammlung des Materials durch Freund WILLY FÜSSLEIN, Hamburger Studienrat in Schmalenbeck bei Ahrensburg in Holstein genossen habe. Nachdem wir beide seit Jahren, ohne es zu wissen, mit der gleichen Absicht umgegangen waren, trat er zurück und überließ mir freundlichst seine Sammlungen zur Ergänzung der meinigen. Auch von Herrn Geheimrat K. SUDHOFF, der Texte von JOHANNS Schriften aus Handschriften gewonnen hatte, erfuhr ich dankbar empfundene Förderung.

nach den chronikalischen Quellen keinerlei Zweifel unterliegen.[2]) Zwanzig Jahre früher hatte er auf Bitte des deutschen Königs RUDOLF VON HABSBURG, dessen Arzt er war, von Papst HONORIUS IV. ein Kanonikat der Mainzer Kirche erhalten.

Ähnliche Verflechtung des medizinischen und geistlichen Berufs zeigt nun der Lebensgang des Klerikers, Arztes und Politikers JOHANN VON GÖTTINGEN, dessen Lebensbild ich im folgenden zu gestalten versuchen will, weil es noch mancher Aufhellung bedarf und weil ich meine, daß es die Richtungen und Gegensätze seiner Zeit in besonderer Weise widerspiegelt.[3]) Freilich nicht schlechthin in die Reihe jener päpstlichen Günstlinge ist JOHANN zu stellen. Es war ein Irrtum der neueren Forschung, ihn zum Leibarzt mehrerer Päpste zu machen, BENEDIKTS XII. und CLEMENS' VI. Die Bistümer, die er durch päpstliche Provision erhielt, hat er als Leibarzt einflußreicher Kardinäle erhalten, aber solche stellten damals bisweilen ein Abbild Seiner Heiligkeit dar, der Papst mußte mit ihnen rechnen. — JOHANNS Laufbahn ist in ihren Anfängen wesentlich von Erzbischof PETER VON ASPELT gefördert worden. Vielleicht ließ sich PETER durch die Erinnerung an seine eigene Vergangenheit bewegen, den talentvollen niedersächsischen Mediziner vorwärts zu bringen. PETER stammte von Eltern niederer Herkunft aus dem luxemburgischen Flecken Aspelt, der ihm den Namen gegeben hat. Bürgerliche Herkunft, die nach der herkömmlichen Anschauung PETERS Aufstieg in der geistlichen Laufbahn gehemmt hatte, stand auch JOHANN VON GÖTTINGEN entgegen. Es ist nicht zu zweifeln, daß er einer Göttinger Ratmannenfamilie HAKE angehörte, die durch so manche Glieder im 14. Jahrhundert vertreten ist und mit JOHANN in urkundlicher Verbindung erscheint.[4])

Wie er den Weg zur medizinischen Schule in Montpellier, wo wir ihn überhaupt zuerst (1314) begegnen, gefunden hat, bleibt verborgen, aber es ist nicht nötig anzunehmen, daß er im nachbarlichen Avignon, wo doch auch erst seit 1309 die päpstliche Kurie sich niedergelassen hatte, aufgewachsen sei, der hohe Ruf Montpelliers am Rande des mittelalterlichen Kulturmeers wirkte, wie früher der Salernos, in weite Ferne, wie schon Graf ADELBERT VON SAARBRÜCK, der dann als ADELBERT II. 1138—41 Erzbischof von Mainz war, durch sein dortiges Studium bezeugt hatte. Auch eine Rechtsschule hatte sich in Montpellier seit dem 12. Jahrhundert zu entwickeln begonnen, noch in der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts eine Artistenfakultät, und 1289 hatte Papst NIKOLAUS IV. das Generalstudium von Montpellier formell errichtet.[5]) Der Papst bezeugt unserm JOHANN 1319, daß er Professor der Artisten- und der medizinischen Fakultät sei.[6]) Von der Lehrtätigkeit, die er als Professor in Montpellier geübt hatte, war er im Sommer 1314 von PETER VON ASPELT abgerufen worden.[7]) Der Erzbischof hat seine Absicht, ihn nach erfolgter Wahl zum Leibarzt seines Wahlkönigs zu machen, dessen Leben ihm nun teuer sein mußte, alsbald verwirklicht, und JOHANN gibt selbst dem Urteil PETERS über seine Befähigung das rechte Licht, indem er nach Jahren, als PETER längst gestorben war, schreibt, PETER sei vormals in Paris in Philosophie und Medizin ein echter und berühmter Magister gewesen.[8])

Daß JOHANN die Magisterwürde erlangte, ehe er von Montpellier nach Deutschland zog, ist wahrscheinlich, wenn es auch nicht die Vorbedingung der Erlaubnis, Vorlesungen zu halten war. Jedenfalls erscheint er in ihrem Besitz, als er $4^1/_2$ Jahre später zum erstenmal urkundlich an der Kurie auftaucht. In der Zwischenzeit, vom Herbst 1314 bis Ende 1318, suchen wir ihn in Deutschland in der Umgebung König LUDWIGS, der in diesen Jahren noch ohne durchschlagenden Erfolg den Kampf wider den Wahlkönig der Gegenpartei, FRIEDRICH VON ÖSTERREICH führte. JOHANN berichtet selbst später im Brief von 1331 an den Böhmenkönig, wie er dem Wunsche Erzbischof PETERS gemäß, zwei Arzneien (Tränke?), die, leicht zu gebrauchen, zur wirksamen Abwehr von Vergiftungsversuchen dienen konnten, nach den Büchern der besten philosophischen Mediziner herstellte, wie der Erzbischof sie beifällig beurteilte und dem König empfahl, jeden Tag nüchtern abwechselnd die eine oder andere zu gebrauchen, wie er dann den König über die Bestandteile, die Zusammensetzung und den Gebrauch der Arzneien so unterrichtete, daß er sie ohne sein Beisein gebrauchen konnte. — Es darf nicht wundernehmen, daß sich dann JOHANN bei dem noch so jugendlichen deutschen Könige von einigen zwanzig Jahren überflüssig fühlte, und andererseits auf den Gedanken kam, für seine weitere Laufbahn Sorge zu tragen, indem er sich nach dem großen „Kaufhaus", zur römischen Kurie nach Avignon begab. Durchaus denkbar, ja wahrscheinlich ist, daß die Aufnahme JOHANNS in das Haus des Kardinals JAKOB STEFANESCHI, über die gleich zu berichten sein wird, ihre Vorgeschichte hatte, in persönlichen Beziehungen, die JOHANN während seines Aufenthalts in Montpellier mit dem Kardinal angeknüpft hatte, die sich auch brieflich während JOHANNS Aufenthalt in Deutschland fortgesetzt und zu seiner Berufung durch den Kardinal nach Avignon geführt haben mochten. Das sind freilich nur Vermutungen.

Wann JOHANN die für sein ganzes weiteres Leben bedeutungsvolle Fahrt an die Kurie vornahm, dafür gibt uns nicht nur sein urkundliches Auftreten daselbst am 3. Febr. 1319 einen Anhalt, er selbst berichtet in dem Brief an JOHANN VON BÖHMEN, daß er schon 13 Jahre und mehr in Avignon mit seinem verehrten Vater, Kardinal JAKOB GAËTANI verweilt habe, er redet den Böhmenkönig an anderer Stelle an, daß er in Italien, wohin er jetzt („in diesen Zeiten") gekommen sei, der besonderen Verwahrung gegen Gifte in höchstem Grade bedürfe —, nun der Böhmenkönig betrat Italien um die Wende der Jahre 1330/31 zu längerem Aufenthalt. Rechnen wir von da 13 Jahre zurück, so ergibt sich, daß JOHANN VON GÖTTINGEN im Jahre 1318 in das Haus des Kardinals eingetreten ist. Damit steht es nicht in Widerspruch, wenn am 21. Mai 1320 Erzbischof PETER VON ASPELT urkundlich den Bittsteller JOHANN VON GÖTTINGEN noch als Leibarzt König LUDWIGS bezeichnet[9]), bei Bestätigung eines zu Avignon einige Wochen früher von verschiedenen Bischöfen der Fronleichnamskapelle zu Göttingen erteilten Ablasses. Man darf an eine Reise JOHANNS nach Deutschland, von der er bald nach Avignon zurückgekehrt ist, denken.

Kardinal JAKOB trug den Beinamen GAËTANI nicht als Verwandter

